- Mentiri** nō licet. 1197. A. B. §. si cū. l. de ætate. de inter. act.
- Mentis** lucri causa de dolo tenetur. 513. A. l. & eleganter. §. fin. de do.
- Mentis** vt vilis emat, non tenetur de dolo. 514. A. l. si quis affir. de do. ma.
- Mense** bis purgata mulier, non est sana. 1965. A. l. quæ bis.
- Mense** septimo natus, est legitimus. 90. B. l. septimo.
- Menstrua** non patiens mulier, non est sana. 1965. A. l. quæ bis.
- Mensura** falsa vtens, quando punitur. 520. B. in tex. & in glo.
- Mercator** an dicatur habes vnicā mercem, vel qui semel est mercatus. 1479. D. in marg.
- Merces**, & pretium, differunt. in verbo, Pretium.
- Merces**, id est, pensio. 1931. D.
- contrarium officio Mercis. 1628. B. C. §. mandatum. l. i. mandati.
- Mercedem** pro custodia accipiens tenetur de periculo. 1873. C. l. qui mercedem. loca.
- Meretrix** habitans in loco honesto potest à vicinis expelli, ne alias inficiat. 60. C. gloss. 3. in additione. l. iustitia. de iustitia & iure.
- Meretrix** turpiter facit, quod sit meretrix. nō turpiter accipit, cum sit meretrix. 1323. C. §. sed quod. l. idem. de condi. ob tur. cau.
- Meretricio** more incedēs matrona, iniuria affici impune potest. 1875. C. D. glo. 2. l. si ignorans. loca.
- Metropolis** quid. 136. A. B. in marg.
- Merx**, & pretiū, differunt. 1724. B. l. 1. de contrahen. emp. & 1886. A. l. 1. de rerū permu.
- Mercis** appellatio. 1479. B. §. licet. & §. merx.
- Merces** alienas mergere possum, vt meas saluem. 1895. C. l. qui seruandatum. de præscript. verb.
- Mercis** conductæ, pretium rei emptæ dicitur. 1221. C. l. liberum. de reli. & sum. fu.
- Meritoria**, sunt diuersoria, vel fullonica. 891. C. §. quod autem.
- Merere** verbum est militare, id est stipēdia facere & accipere. 2178. D. in additione. gl. maneret. de do.
- Mesonauta** dicitur qui in media naui ad omnium imperium ac nutus præsto est. 662. A. in marg.
- Misop** verbū, id est, medium: vt venenū valetudo, persuadeo. 1205. D. in marg.
- Meticulosus** est qui frustra aliquid timet. 478. C. §. proinde.
- Metus** causa abest, qui timore mortis, vel cruciatus corporis abest. 591. C. l. metus. ex qui. cau. ma.
- edictum quod Metus causa. tria habet auxilia. 489. A.
- Metus** causa actio quandoque datur cōtra bonæ fidei possessorem. 496. C. D.
- Metus** debet esse atrox, & talis qui cadat in cōstantē virū. 481. A. B. in mar.
- Metus** est non quilibet timor, sed maioris mali. 478. B. l. metum.
- Metus** infamiæ quando non curandus. 478. C. l. nec.
- Metus** iustus quis est. 592. A. B. l. metus. fugiens à fundo ante vim illatam, non dicitur vi pulsus. 481. A. l. Metum.
- Metus** est nullus, si dolus est. 592. B. l. & qui. ex qui. cau. ma.
- Metus** presentis periculi attenditur nō suspicati. 481. A. l. metū. quod me. cau.
- Met⁹** stupri viro bono maior est, q̄ mortis. 480. B. §. q̄ si. l. isti. quod me. cau.
- Metui** voluntas inest. 477. D. glo. 4. l. 1. quod me. cau.
- Metum** inferens aliquando à casu excusatur. 495. D.
- Metum** iustum faciūt minæ sufficētes. 592. A. glo. si. l. metus. ex qui. cau. ma.
- Metum** quandoque quis infert. 499. C. & seq. l. si mulier. quod me. cau.
- Metu** init⁹ bonæ fidei contract⁹ null⁹ est. 500. B. gl. vllā. l. si mulier. qd me. cau.
- Metum** dicere agrū possum, quæ tāquam colonus colo. 63. D.

Digesti veteris.

cum iudicatur rem esse Meam, simul iudicatur non esse alterius. 381. B. l. Pomponius. §. i. in fi. de pro. commune quod est. Meum est. 217. A. gloss. fi. l. si cum vno. si ex noxa. cau. & 218. A. gl. vlti. l. illud. de ritu nup. Meum si traditur tibi tanquam tuum, non transfertur dominium. 1309. C. §. subtilius. Meum est quod ex re mea superest. 853. A. B. l. solum. de rei vind. Meum est, quod pro parte meū est. 681. D. gl. in l. Iulianus. de iudic. Meū id dicere possum in quo mea virtus consistit. 246. A. gl. 3. l. prator. de c. ten. Migrare. 1851. D. glo. migravit. l. item quaritur. & 1867. C. l. qui in sulam. Miles est, qui actu militat. 359. C. gl. 1. §. veterani. l. filius familias. de pro. Miles caelestis procurator esse non potest. 359. D. & 394. D Miles nō potest esse procurator, nisi in duobus casibus. 359. A. §. veterani. Miles vt quis sit, lex requiritur. 615. D Militem ignorans, nō contemnit disciplinam. 1875. D. l. si ignorans. loca. Milites hospitio suscipere non tenentur pauperes. 144. A. in marg. & §. ne tenuis. l. illicitas. de of. praef. illiciti ministri, multos concutiētes homines. sub praetextu adiunandi Milites. prohibendi. 143. C. §. illicita. Milites insolentes. 1851. D. §. exercitu. Milites lasciuī. 1854. B. §. si vero. sub praetextu Militum, non debet quis propria commoda quarere. 144. B. §. ne quid. Militum aduentus praetextu, pauperes vexari non debent. 144. A. §. ne tenuis. l. illicitas. de offi. praef. Militibus quādoque agri assignantur, modico honoris gratia possessori relicto. 831. B. §. Item si. Milites transcentes rustici an alere debeant. 901. A. §. si quid. Militari potest quolibet tempore, etiā die feriatō. 240. A. l. diuus. Minae elusoriae non sunt timendae. 753. B. gloss. modicum. §. plane. l. si quis. de pet. hered. Minae sufficientes faciunt iustum metum. 592. A. gloss. fi. l. metus. ex quibus cau. ma. vesicam vitiosam habet, qui Mingit in lecto. in verbo, Vesica. Minister dicitur quis, in verbo, Nudus minister. Ministerium, id est seruitium. 1976. D. gl. in ministerio. Ministeria, id est, ministri. 138. D. l. si in. 144. A. & 593. C Ministeria, id est ministri: quandoque aliter capitur. 342. B. in tex. & ibi, quia ministerium. Ministeria militaria, id est, ministri militares. 138. D Minor aetas inspicitur de momento ad momentum. 533. C. §. minorem. Minor potest alienare, si conditionem suam facit meliorem. 318. D Minor annis si adulterium fateatur, nulla deprecatio poenae est. 574. A. §. sed vt. l. auxilium. de min. Minor an possit esse contumax. 545. D Minor habens curatorem, potest sine eo se obligare fideiubendo pro suo procuratore. 206. B. in marg. Minor ad honores non admittitur. 579. C. l. de aetate. de minor. Minor vintiquinque annis, an possit esse procurator. 393. C Minor viginti annis, nō potest esse iudex. 657. C. gl. cogatur. & l. cum lege. Minor censetur maior in beneficiabus. 539. D. gloss. 2. l. ait prator. de

miro. Minor conuentus habebit curatorem ad lites. 683. B. C. Minor delinquens an restituatur semper. 546. D Minor mutuū cōsumens in bonos vsus, vt vinum bibendo & huiusmodi, non restituitur. 572. A. glo. 2. l. minor. 25. de mino. Minor de veritate dicēda iurare debet. 1302. D Minor an restituatur contra minorem. 548. C. in casu Viuiani. Minor in delictis non restituatur, nisi quatenus interdum miseratio aetatis ad mediocrem poenam iudicem perducit. 573. C. §. in delictis. l. auxilium. de mi. Minor nō semper restituatur. 557. C. §. Sin autem. Minor non restituatur cōtra casum fortuitum. 550. C. in marg. l. verum. de mino. Minor, qui se & sua monasterio dedit, restituitur. 536. B. in margine. Minor renuntians beneficio ecclesiastico, an restituatur. 539. D Minor restituatur aduersus patriam, nō parentes. 476. C. in margine. Minor restituatur iuuenili leuitate deceptus, alias nō, in verbo, Restituatur minor. Minores restituuntur, maiores appellant. 579. B. l. praefes. de mino. Minor summa inest maiori. 288. B. §. si cum. l. si vnus. de pact. Minoris collegae negligentia nocet maiori in eodem officio existēti: & maioris factum nocet minori. 446. B. C. in margine. Minori non datur doli actio. 556. C. gl. penult. §. Idem Pompo. l. in causae. 2. de mino. in Minore non praesumitur dolus. 250. C. gl. 2. l. vbi. de eden. licet dolus praesumatur in delictis, hoc tamen fallit in Minore: & sic oportet probare dolum in illo. 250. C. D. in marg. gloss. 2. l. vbi. de eden. non omnia quae Minores gerunt irrita sunt. 580. B. l. non omnia. de mino. Minorum bona mole aëris alieni grauatorū, tutores auctoritate iudicis vendere possunt. 156. A. B. inter omnes constat, fragile esse & infirmum Minorum consilium, & multis captionibus suppositum. 530. B. l. 1. §. de mino. Minoribus, etiam bene gerentibus rem suam, administratio rerum non datur. 530. C. §. apparet. Minoribus carens, maioribus frui non debet. 1799. B. in fine. l. cui pacto. de ser. expor. Minoribus currit tempus ad faciendū inuentarium. 573. D. in marg. Minoribus in delictis non subuenitur. 546. B. §. nunc. l. si ex. de mino. Minoribus licet quod non maioribus, & contra. 2118. D. l. obseruandum. de ritu nupt. Minima quandoque curantur, quādoque non. 473. D. gl. 2. in addi. l. scio. de restitutione in integrum. non Minus, id est, magis. 266. C. D. non Minus, quandoque sumitur pro, non tantum. 266. C. §. pactorum. in marg. Minus tribuit, qui nihil tribuit. 1485. B. l. illud. §. 1. de tibu. Minus validum ius non plus durat, quā magis validum. 945. D. l. qui vsum fruct. si vsus fruct. petatur. Miseratio & in sene locum habet. 574. A. gloss. fina. §. sed vt. l. auxilium. de mino.

Miseratio aetatis quandoque poenam minuit. 573. C. §. in delictis. l. auxilium. de mino. vide in verbo, aetas. Misericordia intempestua reprobatur. 1615. A. l. si hominem. depo. Misericordiae & pietatis motus differunt. 461. D Misilia. 1728. D. gl. misilium. Misio causaria, est quae datur ob valeditudinem. 340. B. §. ignominia. Misio honesta, quae datur emeritis suspendiis. 340. B. §. ignominia. Misio ignominiosa, est quae nominatum datur ob ignominiam. 340. C. §. ignominia. Misio militum triplex, honesta, causaria, ignominiosa. 340. B. §. ignominie. Mitius agitur cum tutore, quam cum procuratore. 562. A Mitius agitur cum lege, quam cum ministro legis. 641. A. glossa. l. l. Celsus. de arbi. Mixtio, & confusio, differunt. 825. B Mobilis rei furtum facile fit. 1733. D. glo. l. rem alienam. de contrahenda emptione. Mobilia capiuntur, immobilia inuaduntur. 1380. D Mobilium rerū possessio vilis est. 834. D. gloss. l. in fine. l. si post. de rei vind. Moderamen inculpatæ tutelæ, quando quis dicitur obseruare in se defendēdo. 56. C. D. in margi. Moderata aetas dicitur decem & septem annorum. 329. A. §. initium. Modica incommoditas non curatur. 1865. B. l. habitatores. loca. Modica summa est vsque ad duos aureos. 516. B. l. id est. de do. ma. Modica summa non curatur. 516. A. B. §. merito. l. si quis. de do. Modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum nō auferunt. 1864. B. §. vis maior. l. si merces. loca. Modicum id quod praestant emphyteuta, intelligitur in signum honoris & dignitatis. 831. B. in marg. Modicum tempus. 686. B. Modicum tempus. 880. C Modicum tempus arbitrio iudicis datur. 597. A. B. gloss. 2. l. non enim. ex quibus cau. ma. Modicū tempus dicitur decem dierum. 1402. D. §. si sine. l. promissor. de consti pecu. Modicum temporis interuallum non inducit diuersitatem actuum. 2113. A. l. plerique. de ri. nup. Modici temporis mora non magnum fert damnum. 686. B. l. si debitori. de iudi. Modico praesenti contentos vidimus multos. 317. A. l. cum hi. de tranfact. Modica dicuntur auri pondera duo. 703. A. gloss. modica. Modica ea dicuntur respectu principis, quae magna sunt respectu priuati. 303. A Modica quaedam praestatur ratione rei. 883. D. glo. ab eo. Modica impendia, id est impensa, nō curanda. 1419. D. §. possunt. & in gl. in rebus commo. Modus, id est mensura. 1122. C. l. de modo. Modus aliquando spatium significat. 1215. B. in margine. Modus saepe non qualitas consideratur. 885. A. l. item. si fundi. in fi. de vsu fructu. Modus vbique seruandus. 892. B. §. & generaliter. nota de Molédino cuius aqua facit restagnare dominus superior, ne currat. 248. D. & seq. Mœnium quid. 986. B tempus in quibusdam quaritur de Momento ad momentum. 239. C. D. † e iij de Mo-

Index materiarum

- de Momento ad momentum, inspicitur minor aetas.** 533. C. minorem.
- Monachus citari non potest, sed eius prælati.** 184. D.
- Monachus est alendus de bonis monasterij in causa quam habet contra abbatem accusando eum.** 743. B. gloss. pe. l. si in futura. de inoff. testa.
- Monachus scholaris habens licentiam abbatis ut studeat, potest in studio conueniri sine eius permisso.** 683. C. gl. si. in fin. l. si longius de iudi.
- Monachus an possit habere administrationem.** 369. B. in margine.
- Monachus & seruus æquiparantur.** 369. B. in margine.
- Monachus, iudex esse non potest.** 680. B.
- Monachi & canonici regulares, non possunt esse aduocati in foro seculari, nec ecclesiastico, nisi in causa sui monasterij: sed clerici bene possunt in foro suo.** 330. C. D. in marg.
- Monasterium.) Minor qui se & sua dedit monasterio, restituitur læsus.** 536. B. in margine. §. si quis minor. l. 3. de mino.
- pater filium de Monasterio trahere non potest.** 547. C. D. in marg.
- Moneta si variata est, an sufficiat tantumdem restitui.** 2139. D. l. res. in sum.
- Monetales triumuiui.** 68. C. §. deinde.
- Movoyuēpēs, id est vnus partis, vni membrum.** 1281. B. C. §. idem.
- Monimenta extrui & exornari religionis interest.** 1232. D. §. interdictum. l. 1. de mor. in fe.
- Monitio dicitur sententia.** 2040. D. gl. sententiam. l. 3. de vsur.
- Monumentum, id est, terminus.** 1123. C.
- Monumentum, id est, documentum.** 45. B.
- Monumentum quid.** 1218. D. §. monumentum. & 1231. A. l. monumentum.
- Monumentum, & monimentum differunt.** 1230. B.
- Monumentum, & sepulchrum, differunt.** 1015. A.
- Monumentum facere defuncto, heredes stricto iure non tenentur.** 804. A. §. quamuis.
- Monstratur digito res, an proprio nomine vocetur, nihil interest.** 1241. B. l. si cer. pet.
- Monstruosi partus non sunt legitimi.** 90. C. l. non sunt.
- Mora quid.** 2057. D.
- Mora fit ipsa re, id est, sine interpellatione.** 2052. A. gl. 3. §. final. cum quidam. de vsur.
- Mora debitoris non inspicitur, cum etiam creditor est in mora.** 1842. C. l. si & per. de act. emp.
- Mora an committatur post litem contestatam.** 2054. B.
- Mora semel commissa non excusatur debitor ob impedimentum superueniens creditoris.** 2052. C. §. post traditam. l. euictis. de vsur.
- Mora in rem, & in personam, differunt.** 2061. C. gl. in re.
- Mora magis perpetuat actionem, quam culpa.** 1112. B. §. si is. in summa. l. electio. de noxa.
- Mora modici temporis magnam non affert damnum.** 686. B. l. si debitori. de iudi.
- Mora nocet.** 905. B. l. si vsusfru. de vsusfru.
- Mora nulla est, vbi nulla est petitio.** 494. D. gloss. quia tripli. §. quid si homo. l. si cum. de eo quod metus cau.
- Mora parua non æstimanda.** 1862. B. §. colonus. l. si in lege. loca.
- Mora posterior nocet.** 641. D. gl. quod non das. l. Celsus. §. Idem ait. de recept. arbitris. & 1664. A. glo. si. l. hominem. mandati.
- Mora purgatur variè.** 2058. D. gloss. diff.
- facilis.**
- Mora purgatur post modicum tempus, & c. vide in verbo, purgatio moræ.**
- Mora purgari potest.** 640. D. gl. 1. l. vti que. de arbi.
- Mora rei nocet fideiussori.** 2054. C. gl. 2. l. si quis. de vsur.
- Mora quinque principales effectus habet.** 2057. D.
- Mora regulariter non contrahitur re ipsa, sed per interpellationem.** 2057. B. l. mora.
- Mora vltima nocet.** 1797. B. l. illud. de peri. & com. rei vend. & 1842. C. l. si & per. de act. empt.
- non est in Mora, qui potest exceptione legitima se tueri.** 307. B. l. si pactus. de pact.
- Moram purgandi potestas non facit, vt indebitum videatur esse solutum.** 1348. B. C. l. qui ob.
- qui promisit quid certo loco, post Moram vbi que conueniri potest.** 697. B. l. eum qui. de iudi.
- Moram non facit paratus suscipere iudicium, si aduersarius cessauit.** 2065. B. l. paratum. de vsur.
- Moram non facit qui in vinculis est.** 2054. A. l. sed & de vsur.
- ob Moram præstantur vsuræ, non ob lucrum.** 2051. B. §. si pupillo.
- tria accessoria sunt ob rei Moram.** 1389. D.
- Morandi causa frustratoriæ appell. multi interponunt.** 2063. C. l. tutor.
- Morosus, id est, is qui est in mora, semper de periculo tenetur.** 2058. C.
- Morositas vitanda.** 137. B. §. non vero. l. solent. de offic. procon.
- Morbus est temporalis, valetudo perpetua.** 105. B.
- Morbus quid.** 1959. D. & se. §. sed sciendum.
- Morbus est corporis, vitium animi.** 293. B. C. gl. 1. l. pacisci. de pact.
- Morbus, & vitium ad corpus tantum pertinent.** 1961. D. §. idem Pompo. l. 4. de ædil. edict.
- Morbi & vitij differentia.** 1960. B. gloss. dixisse.
- Morbo venia non semper danda.** 147. D. §. si vero. l. diuus. de offi. præsid.
- Mors ciuilis, est amissio ciuitatis.** 203. D.
- Mors minus timenda est viro bono, quam stuprum.** 480. B. §. quod si. l. isti. de eo quod metus cau.
- Mors naturalis, & ciuilis, æquiparantur.** 203. B. in marg. l. 4. qui satisd. cog.
- Mortis causa donatio, tribus modis reuocatur.** 1254. A. B.
- Morti similis est seruitus.** 479. C. l. isti. cum gl. 4. de eo quod me. cau.
- ambulatoria est voluntas vsque ad Mortem.** 2201. C. §. penitentiam. l. cum hic. de dona. inter virum & vxorem.
- Morte delegantis re integra extinguitur delegatio.** 167. A. l. & quia. de iur. om. iu.
- Morte finitur quicquid personæ coheret.** 931. B. §. morte. l. 3. qui. mod. vsusfru. amit.
- Mortalitatem præstare, an debeat possessor.** 799. A. B. §. nec enim.
- Mos & consuetudo idem.** 81. B. in text. ibi. moribus & consuetudine. vbi (&) pro (id est)
- Mos, id est consuetudo.** 679. D.
- Mos seruandus.** 2039. A. l. 1. de vsur.
- Mos antiquus seruandus.** 166. C. gl. more.
- More, id est solenniter.** 475. C.
- Morem gerere.** 2074. A. in marg.
- Mores.** 2178. B. gl. moribus.
- Mores boni.) Præstatio quæ contra bonos fit, bonæ fidei iudicio non probatur.** 2044. B. l. generaliter. de vsur.
- Mores dignitati præferendi.** 2085. C. D. gl. 2. l. 2. de testi.
- Moribus constitutum ius, est consuetudo.** 81. B. & seq. §. & si qua.
- Moralis scientiæ pars est ius ciuile.** 53. B. gl. fin. rubrica. de iusti. & iur.
- Motus ad coitum primus est impunitus: sequens autem oblectamentum est veniale: & factum quod inde procedit, mortale.** 56. A. B. glo. coniugatio. §. ius naturale. l. 1. de iusti. & iur.
- Motum animi cum vultus detegit, signum est incostantiæ.** 150. A. §. sed &.
- Motu proprio aliquid obtinere, & ad suas preces impetrare, differunt.** 178. B. in text.
- Mox, id est, intra biduum, vel triduum.** 315. D.
- Mox dicitur decem dierum.** 708. D.
- Mucoris vini periculum cuius est.** 1792. A. in text. & C. §. ex hoc.
- Mulcta quandoque, id est, pœna.** 1211. C.
- Mulcta est pœnale iudicium. in verbo, iudicium pœnale.** 181. D.
- Mulcta prius irrogata, ob paupertatem remitti à iudice potest.** 145. A. de offi. præsi. l. illicitas. §. præfes. & sic paupertas prodest.
- Mulcta semel remissa ob paupertatem amplius exigi à reo non debet, etiam si postea soluendo fiat.** 144. C. l. illicitas. §. fin. de offic. præsid.
- Mulier an sit domina rei dotalis.** 536. D.
- Mulier bis in mense purgata, non est sancta.** 1965. A. l. quæ bis.
- Mulier cum qua seruus pecuniam dominum consumpsit, tenetur.** 1211. A. B. l. dominus.
- Mulier decipiens non iuuatur Velleiano.** 1594. A. l. si decipiendi.
- Mulier dicitur corrupta, quandoque etiam virgo.** 1964. A. B. gl. muliericæ. & 1730. B. in marg.
- Mulier donans, contra sexum naturam facit.** 2207. B. §. si vxor. in verbo, sexus naturam.
- Mulier, & virgo differunt.** 1730. A. & 1811. B. §. si quis.
- Mulier grauida impeditur, ne veniat ad iudicium.** 223. B. §. si non. l. 2. si quis cautio.
- Mulier maritum qui in expeditione est, expectare quadrienniū debet.** 2220. B. C. in margine.
- Mulier meretricio more incedens iniuria impune affici potest.** 1875. C. D. glo. contemnit. l. si ignorans. loca.
- Mulier nimis arcta, non est sancta.** 1964. D. §. mulierem. l. quæritur. de ædil. edict.
- Mulier non præsumitur donare. in verbo, donare.**
- Mulier non præsumitur donare.** 453. C. gl. e contrario. l. Nescennius. de negot. gest. & 1576. D. l. sed si. in si. ad Velle.
- Mulier per omnia non habenda est loco minoris circumscripti.** 1594. C. l. si mulier. ad Velleia.
- Mulier potest esse executrix testamenti.** 1471. A. B. in marg.
- Mulier potest renuntiare Velleia.** 1595. D. §. si mulier.
- Mulier quandoque potest esse testis.** 3093. A. l. ex eo.
- Mulier si nihil habet in dote, à viro alii debet.** 1228. B. in margi.
- Mulier Velleia. in multis casibus non iuuatur.** 1574. D. glo. ne pro.
- Mulier viro rarissime donat.** 2207. B. gl. solenne. l. si stipulata. de do. inter virum & vxorem.
- Mulieris imbecillitate parcendum.** 1575. C. §. verba. l. 2. ad Velleia.
- Mulieris naturale vitium ferendum.** 223. B. gl. grauida. §. 2. l. 2. Si quis cautio.
- Mulieris oportet accelerare nuptias, ne quid tunc committat.** 2109. D. gl. pen. l. oratione. de ritu nupt.

Digesti veteris.

Mulieris quàm viri maior castitas exigitur. 2116. A. glo. quæ in l. palam. de rit. nupt.
 Mulieris receptacula sunt septē. 690. C.
 Mulieris viscerū portio partus dicitur esse. 2017. D. in verbo, part⁹ mulieris.
 Mulieri cōuenit pudicitia. 330. A. §. sexum. l. i. de postu.
 Mulieri succurritur ob imperitiā. 207. A. §. si seruus. l. de die. qui fatid. cog.
 Mulieri succurritur in multis casibus. 2101. A. gloss. quibusdam. l. regula. in princ. de iur. & fac. igno.
 dolus non præsumitur in Muliere, sed probari debet etiam in delictis, licet aliās secus. 250. C. D. in mar. gl. 2. vbi. de eden.
 Mulieres quid acturæ sint ignoratur. 1582. D. l. si mulier. ad Velle.
 Mulieres quasi de patrimonijs suis, ita de dotibus funerari debent. 1226. D. l. in eum.
 Mulierum genus auarissimū. 453. C. gl. ecōtrario. l. Nefennius. de nego. gest. & 1576. D. in mar. l. 2. ad Velleia.
 Mulierum infirmitas, nō calliditas, auxilium sumit. 1576. A. in fin. §. hoc enim. l. 2. ad Velleia.
 Mulieribus decipientibus nō subuenitur. 1575. D. hoc enim. l. 2. ad Velleia.
 Mulsi fit ex vino & melle. 824. B. §. idē.
 Multitudo aliquid operatur. 2120. B. l. qui in prouincia.
 Multitudo. Difficile probantur quæ sunt in multitudine. 492. A. in mar. gloss. 3. §. in hac. l. si cum. de eo quod met. cau.
 Multum tempus quod. 632. D. & seq.
 Mulus non fit deterior castratus. 1984. C. §. sed enim. l. ædiles. de ædili. edict.
 Mulus non generat. ibidem. §. sed enim. l. ædiles autem. de ædili. edict.
 Municipales muri, id est ciuitatum. sic municipia est, id est ciuitates. 118. D. Municipes. Nihil dolo facere possunt municipes. 517. C. §. sed an. l. sed & de don.
 Municipium, id est ciuitas. 207. D.
 Munus, & donum differunt. 149. D.
 Muri sunt sancti. 115. A. in princip.
 Muros reficere non licet sine principis auctoritate. 118. D. §. muros. l. sacra. de rer. diui. & 138. D.
 Muros violare non licet. 119. B. l. si quis. de rer. diui.
 Mutare rem vsuariam proprietarius nō potest. 958. B. l. Neratius.
 Mutare velle suum quando licet. 1613. A. glo. l. §. si sic. l. i. depo.
 Mutatur quod factum est ex superuenienti causa, vel postea apparenti. 325. A. gl. l. non est. de transact.
 Mutari non debet aliquid, propter paruum rem. 473. D. l. scio. cum glo. 2. de rest. in int.
 Mutari non debent, quæ certam semper interpretationem habuerunt. 78. B. l. minimē. de legi.
 Mutari non debent vetera sine euidenti necessitate. 85. B. l. in rebus.
 Mutari potest ius varietate personarū. 1296. D.
 Mutandū facile ex solēnibus nihil est. 475. B. in prin. l. diuus. de rest. in inte.
 Mutarum quod est, in pristinum statum redire non potest. 103. A. gl. l. qui liberatus. de adop.
 Mutatum quod non est, seruari debet. 251. D. glo. 2. §. nummularios. l. quædā. de eden.
 Mutata res an possit redire ad pristinū statum. 93. B. C. & 103. A.
 Mutatæ rei forma nocet. 91. A.
 Mutatio multipliciter fit. 589. D.
 Mutatio fori post sententiā, vel litiscōr, non impedit iurisdictionem prioris

iudicis. 174. B. l. cum quædam. de iur. om. iud.
 Mutatione iudicis nō mutatur iudiciū. 713. A. l. proponebatur. de iudi.
 Mutatione rei interit vsusfru. 932. B. l. repeti. quib. mod. vsusfru. amit.
 Mutabilitas negotiorum magna. 75. D. 3. in prin. l. neque. de legi.
 Mutans ad refectiōem, habet priuilegium. 1257. B. C. l. creditor.
 Mutatæ petitiones, sunt reconuentiōnes. 170. B. in textu.
 Mutuo factio administratori ciuitatis, tenetur ciuitas, si est versum in rem eius. 1258. B. l. ciuitas. idem in mutuo factio abbati.
 affirmās idoneū eum cui datur pecunia Mutuo, cum non sit, an & quando teneatur. 513. A. §. idem. & l. seq.
 Mutuum accipientem qui dicit idoneū, non tenetur, nisi lucri causa hoc dixerit. 513. A. §. idem. & l. quod si.
 Mutuum damus non idem recepturi. 1236. A. l. mutuum.
 Mutuum dicitur, quasi de meo tuum. 1237. A. §. appellata.
 Mutuum filijfa. valet pro vestimentis, alimentis, & rebus necessarijs: & pater eius tenetur. 1557. B. §. proinde. & in marg.
 Mutuum, in quibus consistit. 1238. A. §. in mutui.
 Myrtus herba est, vnde fit cerdonum tinctura. 953. A. glo. folijs.
 Μύρωπος, ou, id est lusciosus, qui plus versperi q̄ meridie videt. 1963. B. in marg.
 Natalis domini, ferix quot sunt. 238. B.
 Natalib⁹ restituere, est nobilitare. 189. B. in margine.
 Natio bona bonos facit seruos, mala malos. 1980. B. §. qui mancipia. l. quod si. de ædili. edict.
 Natio serui plerūq; aut prouocat emētem, aut deterret. ibidem. §. qui mancipia. l. quod si. de ædili. edict.
 Nationem cuiusque seire nostra interest. 1980. B. §. qui mancipia. l. quod si. de ædili. edict.
 Natione mores perpenduntur. ibidē. §. qui mancipia. l. quod si. de ædili. edict.
 Nationes alix alijs seruituti aptiores sunt. 1980. B. in marg.
 Natura, id est consuetudo. 1494. A.
 Natura quandoque, id est ius ciuile cooperante natura. 100. D.
 Natura non audet quod lex negat. 940. C. §. nec enim. l. 2. de vsu. ea. re. quæ vsufr. consu.
 Natura quandoque minus inspicitur q̄ accidens. 331. C. D. gloss. 3. §. item. l. i. de postu.
 Natura rerū, id est diuina sciētia. 690. D.
 Naturam imitatur ars. in verbo, ars imitatur.
 Naturam rerum non intuendam, in qua omnia certa sunt. 690. B. §. sed Sabinius. l. sed & si. de iudi.
 Naturalis æquitas, id est à naturali ingenio, vel industria hominum introducta. 254. D.
 Naturalis obligatio non tollitur per legem, nec per statutū. 1333. A. in mar.
 Naturalis ratio. i. ius gentiū. 1056. A. B.
 Naturalis ratio auctoritate senatus non mutatur. 940. C. §. nec enim. l. 2. de vsu. ea. re. quæ vsufr. consu.
 Naturale improprie dicitur debitum. 1394. B. gloss. natura.
 Naturale scēdas nihil sc̄ui criminis æstimari permittit. 951. C. gl. l. nō aliter. de vsu & habi.
 Naturale impedimētū magis est, quàm accidentale. 2138. D. l. si serua. §. i. de iure dotium.

Naturale vitium nō imputandum cuiquam. 223. B. gl. grauida. §. 2. l. 2. si quis cautio.
 Naturali vitio quandoque nō parcitur. 1072. A. in glossa prima. §. nec quinquā. l. si seruus. ad leg. Aquil.
 Naturalia contractus trāseunt sine pacto nisi aliud sit actum. 300. B. l. in emptionibus. de pactis.
 Naturalia iura ciuili ratione tolli non possunt. 589. A. l. ea. de ca. mi.
 Naturaliter quod fit, ferēdū est. 1005. A.
 Natus in mense septimo, est legitimus. 90. B. l. septimo.
 pro Nato habetur, qui in vtero est, quo ad sui commodum. 89. A. in summa. l. qui in vtero est. & 94. A. l. qui in vtero sunt. de statu hominum.
 res iactæ in Naufragio non sunt accipientis. 1462. B. in fine.
 Nauicularius. 662. B. & D. l. i. nautæ, caupones, stabulatij.
 Nauigandū nō est aduerso tēpore. 847. B. l. qui petitorio. in fi. de rei vind.
 Nauigationis tēpus. 832. B. in margine.
 Nauigationi aduersum tempus est ab Octobri, vsque ad Aprilē. 847. C. glo. finali. qui petitorio. de rei vin.
 Nautis quid. 1451. A. §. nauem.
 Nautis est marina, ratis fluuiatica. 237. D.
 Nautis armatur. 1451. C. §. quid si.
 Nautis ad hoc paratur vt nauigetur. 885. C. §. nautis. l. arboribus. de vsufr.
 Nautis magister. 662. A.
 Nautis proprietates carinæ causam sequitur, id est cuius est carina, eius & tabulæ. 857. A. B. l. Minicius. de rei vin.
 infante Nato in navi, pensio non debetur. 1859. B. §. si quis.
 Nauium exercitium ad summam reip. pertinet. 1454. B. §. licet.
 Nauiū habet priuilegiū. 1932. C. l. huius: Νεωφύλακες, id est nauium custodes. 662. A. §. qui sunt.
 Nauta, caupo, stabularius, differūt. 666. C. l. nauta.
 Nauta est magister nauis. 1461. B. §. ex conducto. & 1465. B.
 Nauta est qui nauim exercet, id est exercitor. 661. C. §. qui sunt. Itē est magister nauis. 663. C. & seq. glo. nautarum.
 Nauta, est omnis q̄ nauigādē nauis causa in navi est. 661. C. & seq. §. qui sunt.
 Nauta in suis seruis venia dign⁹ est, qui qualescunque ad instruendum nauim adhibuerit. 670. B. §. in suis. l. fin. nau. cau. stab.
 Nautæ sunt fraudulentis. 661. B. §. & nisi. l. i. nau. cau. stab.
 Ναυπηγῆς vocat Vlpianus eos, qui remum pro nauo, & vecturæ pretio ducunt. 670. A. §. Ecquod.
 Ne, id est, an. 2180. C. gloss. ne.
 Ne verbum, & néve, quid importat. 1866. C. l. in lege.
 alienatio Necessaria tenet. 1129. D.
 Necessarium fit quod ab initio fuit voluntarium. 371. A. glo. fin. l. seruum. de procur.
 Necessarij sūt affines & cognati. 147. C.
 Necessarij sunt heredes filij & seruus. 541. C.
 Necessariæ personæ appellantur filij. 311. B.
 Necessarijs onerib⁹ succurrēs, nō videtur donare. 2193. D. & seq. §. nō enim. l. si quis. de do. inter virum & vxor.
 Necessitas, id est ius gentium, vel constitutio principis. 84. C. D.
 Necessitas, id est paupertas. 145. A.
 Necessitas facit, vt aliās prohibita cōcedantur. 155. A. gloss. l. §. non aliter. l. i. de offi. eius cui man. est iur.
 Necessitas nō habet legē. 124. D. glo. 2. §. sane. l. vnica. de offi. consu. & 1168. C. glo.

Index materiarum

- C.glof. penult. l. item. com. diuidun.
 Non succurritur ei, qui se in necessitate
 posuit. 223. C. glo. 1. §. quis tamen.
 l. 2. si quis cautio. & in verbo, succur-
 ri non debet. & 500. A. glo. 1. l. si mu-
 lier. de eo quod metus cau. & 205.
 B. §. si necess. l. si fideiussor. qui fati-
 cog.
 Necessitatem iuris non importat, quic-
 quid iudicis potestati committitur.
 145. D. gl. 1. l. saepe. de offi. præsi.
 Necessitatem iudici non imponit ver-
 ba necessitativa à principe prolata, &
 ad impetrandem directa. 145. B. l.
 saepe.
 Necessitate, non voluntate, absenti sub-
 uenitur. 606. A. l. sed & si. in fin. ex
 quibus cau. ma.
 Necessitate reisa. rem suã abijcere mul-
 ti coguntur. 1662. C. §. quid enim. l.
 ira manda.
 fauetur ei qui in Necessitate est sine
 sua culpa. 205. A. §. si necessaria. l. si fi-
 deiussor. qui fati. da. cog.
 Necessitate permittitur quid, quod nõ
 voluntate. 2173. A. glof. 3. l. 1. de fun-
 do.
 prohibitum aliquando ex Necessitate
 toleratur. 236. C. glof. vrget. l. 1. de
 fer.
 in Necessitatibus nemo fit liberalis.
 2118. D. l. proxime. de ri. nupt.
 Necessitudo. i. cõsanguinitas. 2042. D.
 glo. Necessitudini.
 Negare culpam difficile. 1689. D. §. &
 puto.
 Negare quod quisque accepit, bonæ fi-
 dei non conuenit. 1616. C. l. quod ser-
 uus. de positi.
 Negans non tenetur probare. 2069. D.
 glof. 1. l. 2. de proba.
 Negans se citatum probare nõ potest.
 2070. B. glof. 1. l. 2. de proba.
 Negantibus decem minus creditur, quã
 duobus affirm. 644. C. glof. finali. §. si
 plures. l. diem. de arbi.
 Negatione fit res dubia. 377. D. glo. 2. §.
 l. l. non solum. de procu.
 Negationes duæ æquivalent affirmati-
 oni. 269. B. C. gl. nec quasi. §. si paci-
 scar. l. iurisgen. de pact.
 Negatiua triplex. 2069. D. glo. 1. l. 2. de
 proba.
 Negatiua coarctata loco & tempore, po-
 test probari. 2070. C. in margine. gl.
 1. l. 2. de proba.
 Negatiua facti nunquã probatur. 2070.
 B. glof. in fi. l. 2. de proba.
 Negatiua quandoque resoluitur in af-
 firmatiuam. 729. D. & 727. B. glof. pe.
 §. vnde non. l. Papinia. de inoffic. vbi
 dicitur non obtinuit, id est succu-
 buit. & 734. C. glof. 1. l. qui repudian-
 tis. eo. ti.
 Negatiua quandoque includit affirmati-
 uam. 812. A. glof. 2. l. si ex pluribus.
 si pars hære. pe.
 Negatiua quælibet tacitam habet af-
 firmatiuam. 2069. D. glof. 1. l. 2. de
 proba.
 Negligere non debet iudex quæ ei sunt
 commissa. 320. C. §. si prætor.
 Negligere potest quis rem, quam tenet
 vt suam. 793. A. gl. 2. §. sicut. l. si quid.
 de peti. here.
 Negligens in officio suo punitur. 148.
 B. l. diuus. in fi. de offi. præsi.
 Negligens rem suam nulli querelæ sub-
 iectus est. 792. B. §. sicut. l. si quid. de
 peti. here.
 Negligentibus non subuenitur, sed ne-
 cessitate rerum impeditis. 597. A. l.
 non enim. ex qui. cau. ma.
 Negligenter versari damnosum. 1690.
 B. l. non ob. pro socio.
 Negligentia dissoluta prope dolum est.
 1656. A. l. si fideiussor. mandati.
 Negligentia hæredis nõ debet esse al-
 teri damnosa. 2030. A. B. l. rem here-
 ditariam. de euct.
 Negligentia infirmi nõ imputatur per-
 cussori. 1089. B. si ex plagis. ad legem
 Aquil.
 Negligentia in iudice damnatur. 603.
 C. §. ait prætor. l. sed & si. ex quib. cau.
 ma.
 Negligentia iudicis damnatur. 320. C.
 §. si prætor. l. 8. de transact.
 Negligentia minoris officialis nocet
 maiori eius college. 446. B. C. in mar-
 g. l. ex facto. de nego. gest.
 Negligentia nocet. 2046. A. gl. fin. l. pe-
 cunia. de vsur.
 Negligentia nocere potest reipub. non
 pacto. 296. A. B. in marg. l. imperato-
 res. de pa.
 Negligentia possessorum prædia non
 debent deteriorari. 805. D. §. c. præ-
 dia. l. ei qui. de peti. here.
 Negligentia omnia lædit. 148. A. B. glo.
 fi. l. diuus. de offi. præsi.
 Negligentia reprobat. 2101. B. l. regu-
 la. §. quid enim. de iur. & fact. igno.
 Negligentia vnus alteri nocere non
 debet. 426. D. gl. fin. l. si ex. de negot.
 gest. & 1112. D. gl. noceat. l. electio. de
 noxali.
 Negligentia vnus quandoque alij pro-
 deest. 441. C. §. mandatu. l. nam & de
 neg. gestis.
 Negligentia ad negligentiam fit com-
 pensatio. 1598. B. l. si ambo. in sum. de
 compensa. 220. D.
 Negligentiam suam non debet quis ad
 alterius iniuriã referre. 313. A. B. l. im-
 peratores. de transactio.
 qui non Negligentia amisit seruitutem,
 restituitur. 1011. C. l. & Attilicinus.
 Negligentia nocere quis reip. non pa-
 cto potest. in verbo, Nocere potest.
 Negotium, id est necessitas. 408. C.
 Negotium alienum quatuor modis di-
 citur. 423. A.
 Negotium facere, id est alium per ca-
 lumniam accusare. 466. C.
 Negotium filij si gero contemplatione
 patris, tenetur pater. 420. B. §. sed si. &
 421. C. §. item.
 non debet quis à Negotio auocari. 135.
 C. glo. occurrant. l. obseruare. de offi.
 pro.
 Negotia plura sunt, quàm vocabula.
 1888. B. l. natura. de præscript. verb.
 Negotia sæpe mutantur. 75. D. glo. 3. in
 prin. l. neque. de legi.
 improbè ad aliena negotia accedit, qui
 suo lucro non alterius commodo stu-
 det. 419. A. B. §. qui enim. l. si pupilli.
 de nego. gest.
 Negotia deserta gerens solum de dolo
 tenetur. 414. B. §. interdum.
 Negotiorum gestorum actio vtilis &
 directa differunt. 464. D.
 Negotiorum genera tria. 431. A.
 Negotiorum gestor agere potest quæ
 vtiliter gessit. 430. B. §. is enim.
 Negotiorum gestor de periculo tene-
 tur. 458. B.
 Negotiorum gestor de quibus tenetur.
 414. D.
 Negotiorum gestor exigere à se debet.
 1508. D.
 Negotiorum gestor expensas volupta-
 rias non reperit. 445. A.
 Negotiorum gestor sex casibus tene-
 tur de casu. 431. A.
 Negotiorum gestorum actio vnde ori-
 tur. 422. D.
 Neratius Priscus. 72. C.
 Nerua. 71. D.
 Nerua derisus fuit. 1926. B. l. est diffe-
 rentia.
 Nerua publicè de iure respondit anno
 gratis decimoseptimo. 329. B. §. Nerua.
 Nerua filius. 72. B.
 Nescientia, ignorantia, error, & tituba-
 tio differunt. 2095. D.
 qui Nescit, experiundi potestatem non
 habet. 470. B. in tex.
 Nihil, & minus æquipollent. 1485. B. l. il-
 lud. §. 1. de tribu.
 Nihilo magis, id est non ideo magis.
 1539. C.
 Nisi dictio, ponit si præcedat negatiua:
 negat verò si præcedat affirmatiua.
 232. D. in margine.
 Nisi) & (si non) idem significant: quãdo-
 que ponunt, scilicet quando præcedit
 dictio negatiua: sed quando præcedit
 affirmatiua, negant. 232. D.
 Nisi quandoque, id est, sed & sic nõ po-
 nit. 749. A. B. dic quòd semper ponit,
 quando præcedit oratio negatiua: vt
 ibi, in additione.
 Nobilis dicitur homo honestioris loci.
 321. A. si in annos. l. 8. de transact.
 Nobilis in delictis leuius punitur, quã
 ignobilis. 217. B. in margine. l. pen. Si
 ex noxa. cau.
 Nobili facta iniuria magis punitur, quã
 ignobili. 2123. C. l. non est. in summa.
 de ritu nupt.
 Nobiles mulieres egent maiori dote.
 2148. D. quod verum si nubant pari.
 Nobilior rustico est vrbanus. 979. A. in
 margine.
 Nobilitate olim dicebatur natalib⁹ re-
 stituere. 189. A. B. in margine.
 quæ nobis nõ Nocent, & alijs profunt,
 sustinere debemus. 632. C. gl. futurũ.
 §. arbiter. de arbi.
 Nocet alteri quandoque factũ alterius.
 179. D. glossa penult. §. si is. l. 3. quod
 quisque iuris.
 negligentia potest quis Nocere reipu.
 296. A. in marg. l. imperatores. de pac.
 quilibet debet esse intẽtus ne Noceat.
 1791. A. glo. quam minimo. l. 1. de pe-
 ri. & com. rei vend.
 mora vltima Nocet. 1842. C. l. si & de
 actio. empt.
 paupertas Nocet. 168. A. §. in seruos. l. si
 quis. de iuris. om. iud.
 cupitũ aliquid Nocet, quod secus pro-
 deest. 224. A. glo. 2. §. fin. l. 2. si quis cau-
 tio.
 Nocere. 1996. A. §. quotiens.
 Nocere, id est posse nocere. 1986. B. gl.
 noceret.
 Nocere alijs non debet res inter alios
 acta. 1277. D. l. quia. de iureiuran.
 Nocere non debet vnus negligentia
 alteri. 426. D. glo. fi. l. si autem. de ne-
 got. gestis.
 Nocere potest curator reip. sua negli-
 gentia, non pacto. 296. A. B. in marg.
 Nocendi naturam ponunt mala bonis
 permixta. 1737. B. l. quod sæpe. §. 2. de
 contra. empt.
 Nocens esse nemo desinit pœnitentia.
 1965. B. l. quis fit. de ædil. edic.
 Nocius cuique suus dolus. 2030. B. l.
 si cum. de euct.
 Nolle facere videtur, qui quod potest
 facere non facit. 1966. B. glo. noluit.
 Nolle inter, & velle, medium est. 1479.
 D. & seq. glof. velle. §. 2. l. 1. de pecu.
 Nomen bonum fieri. 1494. A. in textu.
 Nomen cõsecutus. 2139. C. §. nec enim.
 Nomen debet esse consonans rei. 66.
 A. glo. consulerent.
 Nomen facere bonũ. 1653. A. §. abeffe.
 Nomen incertum. 1493. C. in textu.
 Nomen cum ignoramus, demonstratio-
 ne vtimur. 826. C. & 827. A. l. si in rẽ.
 ad fi. ibi, sed si. de rei vin.
 Nominis error nõ vitiat, si cõueniat de
 corpore. 825. B. §. cũ in rẽ. l. idẽ Pom-
 ponius.

Digesti veteris.

- ponius de rei vindi.
Nominis error nil facit, cum de corpore constat. 172. B. nihil. l. in venditionibus. de contrahen. emptio.
Nominis vice fungitur demonstratio. 1241. B. l. certum est. si cert. per.
Nomine proprio expresso alicui quid committi, aliud est quam expresso nomine dignitatis. 167. D
Nomine proprio res vocetur, an digito monstratur, non refert. 1241. B. l. certum est. si cert. per.
Nomine suo damnatus, & ex facto suo, ex infantia cum alio cepta, non fit infamis. 352. B. l. seruus.
Nomina, id est actiones. 1262. D. gloss. nominum.
Nomina, id est debitorum. 1523. D
Nomina debent esse consequentia rebus. 46. D. glo. fulgere. §. cuius auditores. in proemio.
Nominum periculum ad eum, cuius culpa deteriora facta sunt, pertinet. 1262. B. C. l. periculum.
Nominum originem sciendam. 53. A. l. l. in princ. de iustit. & iure.
nihil in corporibus, sed omnia in Nominibus sunt. 1137. B. l. heredes. fam. ercisc.
Nominatio an valeat eius, qui postea vxorē duxit, ea mortua. 584. D. in mar.
Nominatum, id est in specie: non nominatum, in genere. 2025. B. glo. nominatum.
Non adire, id est repudiare. sic negatiua includit affirm. 812. A. gloss. non aduentibus.
Non minus. vide in verbo, minus.
Nōtus, id est morbus. 1966. in tex.
Nostrium esse verius est, quod è re nostra fit. 1188. B. §. si quis. l. de eo. ad exhiben.
Nostrium quod non est, trāserimus ad alium. 917. C. l. quod nostrum. de vsu fruct.
Notare, probare quandoque est. 169. D
Notare quandoque, id est reprehendere: quandoque approbare. 211. B. C.
Notari ipso iure qd est. 338. D. & 349. D
Notarius per dolum vel imperitiam falsum instrumentum faciens, tenetur. 681. B. in margine.
Notarius potest vendere suam abbreviationem, seu protocolon. 251. C. in marg. §. nihil. l. quaedam. de eden.
Notarij cogēdi sunt edere sua registra. 253. A. glo. 3. l. argentarius. de eden.
Notæ hominis sunt, neui & signa quæ habet in corpore, vel etiā cicatrices. 1212. B. C. §. notæ.
Notis scribere, est compendio scribendi genere excipiendo vti. 610. B. ex qui. cau. ma. in marg.
Notio, & iurisdicō differunt. 328. D
Notio vacua quid. 45. B
Notoriū. 1814. B. glo. quia manifestum.
Notorium est quod maior pars populi scit. 403. C. D. in marg. l. Titius. de procura.
Notorium si est delictum, statutum potest fieri contra certā personam. 586. D. in margine.
Notoria probatione non egent. 204. B. gl. 2. l. si verō. qui satis. cog.
Nona constitutio cum sit, debet esse euidentis vtilitas. 85. B. l. in rebus. de cōstit. prin.
iudex appell. sententiā cōfirmare potest ex Noua causa. 1492. D. l. Titianus.
Nona pulchritudine decorantur omnia. 47. A. §. in secundo autem anno. in procc.
Nona instrumēta, id est de nouo reperia. 1293. A. glo. noua.
Nouo auxilio egēt, quæ de nouo emergunt. 209. C. gl. si. l. si ab arbitro. qui satisfid. cog.
Noua placent. 47. A. glo. noua. §. in secundo atem. in procc. mio.
Noua vocabula possumus inuenire. 423. C. in marg. glo. ipso gestu. §. quid ergo. l. si pupili. de neg. gest.
Nouale, est terra de nouo culta. 798. C
Nouare non possunt, qui sunt in potestate: sed eis rectè soluitur, quod crederunt. 283. B. §. sic enim.
Nouatio actionis vt fieri potest, ita & exceptionis. 273. B. in marg.
Nouatio non fit ea stipulatione, quæ non committitur, nisi adueniente conditione. 293. A
Nouationem non facit sententia. 1911. C. glo. tenet.
Nouatione dominus liberatur. 1474. C. §. memisse. in sum.
Nouatione focius credendi socio præiudicare non potest. 282. B. & 283. A. l. si vnus.
Nouerca. 2110. A. §. nunc videamus.
Nouercalia delinimenta plerosque parentes inducunt vt indignè in sanguinem suum inferant iudicium. 716. C. l. non est. de inoffi. testa.
Nouitius. 431. C
Nouitius non tyrociniō animi, sed conditione seruitutis intelligitur. 1996. B. l. fin. in si. de ædil. edict.
Nouitij serui dociliores. 1983. B. C. §. presumptum. l. præcipiunt. de ædil. edict.
Nouitij semper credunt se decipi. 51. B. C. glo. in eos. §. illud. in procc.
Nouum opus nuntiare an possit quis in seruitute. 983. C. D
Nocte quædam agi possunt: vt pignora dari, comparitio fieri, & huiusmodi. quædam verò non, vt solutio fieri, sententia ferri, & alia. 239. C. glo. si. l. antepen. de fer.
Nocte quæ sūt, difficile probatur. 491. D. & seq. in marg. §. in hac. l. si cum. de eo quod met. causa.
Noxa caput sequitur. 215. B. l. 2. si ex noxa. causa. & 1053. B. §. & cum. l. si quadr. pau. fec. dicitur. & 1098. D. §. is qui. & 1118. D. l. serui. & 1421. A. B. §. sed & l. rem mihi: Commod. & 1608. A. B. §. si apud. l. l. depositi.
Noxa serui, id est corpus serui. 1068. A. §. sed & si fer.
Noxa quandoque, id est noxalis actio: vt cum dicitur, noxa caput sequitur, id est noxalis actio. 1108. C. l. qui ex. ibi, cum noxalis actio caput sequatur.
Noxæ appellatio omne delictum continet. 2001. B. glo. penult. l. Lucius. de euictio.
Noxæ dedere quid. 1053. B. §. & cum. & l. l. Si quadr. pau. fec. dic.
Noxam maleficia sequuntur. 1775. A. gl. 4. §. apud Iulianū. l. 2. de hered. vel act. vend.
Noxia est delictum. 1051. B. §. noxia. l. l. si quadr. pau. fec. dia.
Noxia, & noxa differunt. 1051. A. B. & D. gl. ipsum. & 1053. A. §. cum arietes.
Noxam committere, noxiam nocere, idem. 1099. A & B. in tex.
Nubere si vis, nube pari. 2148. D. Bald. in gl. l. quæro. de iure do.
Nubens scēmina non debet citari, in verbo, scēmina.
Nudus minister dicitur, qui nullum cōmodum habet. 2211. B. l. Sulpitius. in sum. de don. inter vir. & vxor.
Nuda pactio actionem nō parit, sed exceptionem. 262. B. in text.
rei quæ Nulla est, societas esse non potest. 1712. B. §. societas. l. verum. pro socio.
Nullius quod est, occupanti cōceditur. 115. A. gl. 4. l. l. de rerum diui.
Nullius in bonis res dicitur tripliciter

115. A. B.

- Nullius quædam sunt. 116. A. B. l. quædam.
Numerus personarum præualeat dignitati, cum agitur de commodo bursa; secus si de fide & probatione veritatis. 271. A. B. in margine. l. iurifgentiū. in fine. de pact.
Numerus testium supplet, quod in fide deficit. 2087. B. gl. numer. l. 3. de testi.
Numerus testium quādoque non attenditur. 2094. B. §. non enim. l. ob carmen.
Numismata vetera. 901. C. l. numismatum. his veteres pro gemmis utebantur, & tāquam monilia ad pectus gerebant.
Nummularij cogūtur edere suas rationes, vt argentarij. 252. B. §. 2.
Nummularij sunt qui vt argentarij rationes conficiunt: quia & accipiunt, & erogant pecuniam per partes: quarum probatio, scriptura codicibusq; eorum continetur, & frequenter ad eorum fidem recurritur. 252. B. §. 2.
pro Numo datur actio. 516. C. gl. l. l. id est. de do.
Numo vno facta locatio non valet. 1874. C. l. si quis. loca.
Nundinarum nomine contra communem vtilitatem aliquis accipere is dicitur, qui quid accipit, vt res carius vendatur. 237. B. C. l. soliet. in Nundinis contrahens, an ibi conueniri possit. 685. B
Nūdinariæ epulæ. 1718. C. l. cū societates.
Nuntiare, id est prohibere. 1153. C
Nuntiarum ad domum solenniter sufficit. 709. D. gl. 3. in si. l. & post. de iudi.
Nuntianda non sunt cuiquam tristitia. in verbo, Triste.
Nuntiatio tribus modis fit, per prætorē, iactum lapilli, & simplicem nuntiationem. 268. D
Nuntius & procurator differunt. 356. D
Nuntius acquirit domino obligationē directē. 1399. A. B. in margine.
Nuntius gerit vicem epistolæ. 1991. C. in verbo epistolæ vicem.
Nuntium mittere, est diuortium facere. 2205. A. §. si socer. & §. Proinde.
Nuptiæ quid. 2106. C. l. nuptiæ.
Nuptiæ collatæ, id est, dilatæ. 2104. D. in margine.
Nuptiæ, matrimonium, coniugium, consortium, idem. 2106. B. in gloss. rubricæ.
Nuptiæ filium probant. 98. B. gloss. si. l. filium. de his qui sunt sui vel alie. iur.
Nuptiæ mulieris debent accelerari, ne quid turpe committat. 2109. D. gloss. penult. l. oratione. de ri. nup.
Nuptijs impedimento est ætas. 2107. A
Nuptias binas contrahens, infamis est. 339. B. §. qui ve.
Nuptias faciens cum ea, quam ducere non licet, fit infamis. 350. B. C. §. cum autem.
Nuptum collocari, non nuptijs, dicitur scēmina. 349. B. in tex. §. si qua.
Nurus. 2110. A. §. nunc videamus.
Nurus.) Ratio eadem in nuru est, quæ in filia. 951. B. gloss. 2. l. immo. de vsu & habi.
Nuxta. id est lusciosus. 1963. B. l. item Ofi.
O Bedire habet filius patri, licet non præcisè cogatur. 349. D. glossa finali. l. liberorum. de his qui notantur. in fa.
Obedienti parcitur. 349. C. glossa penultima. l. liberorum. de his qui notantur. in fa.
Obedientia debita excusat à delicto. 1082. A. l. liber homo. ad leg. Aquil. Obiecta.

Index materiaram

- Obiecta p̄dia, id est coniuncta.** 1009. A. l. tria.
- Oblatio quādo est necessaria.** 1975. A. glo. præf. ter.
- Oblatio sola in cōtractibus innominatis, non habet vim implementi, ita vt possit agi perinde ac si fuisset impletum: immo hæc oblatio non impedit, quin sit locus p̄nitentiæ.** 261. D. in additio.
- Oblatio p̄nam impedit.** 2068. D. glo. 3. l. Seruius. de nauri fœ.
- Oblatio sola facit cessare p̄nam.** 459. C. glo. penultima. l. qui sine. de neg. gest.
- ad Oblationem Dei coniuges donare possunt.** 2184. B.
- Obligare vnus alium an possit.** 1396. D. gloss. 2. §. Iulianus. l. cum qui. de confti. pe.
- Obligat quis prius specialiter quasdam res, deinde generaliter omnia bona.** 1913. A. gloss. cautionibus.
- Obligare.** Cui mandatur vt se obliget, videtur mandatum vt soluat. 1356. B. C. in marg. l. indebitam. de condic. indeb.
- Obligari non potest res, cuius non est commercium.** 1927. A. B. §. eam rem. l. 1. quæ res pignori obliga. non pos.
- Obligari potest quod non est, sed esse speratur.** 1912. C. l. & quæ. de pign.
- Obligat sibi sua res.** 1819. C. gl. 2. §. offerri. l. Iulia. de acti. empt.
- Obligantur tacite fructus pro p̄sione.** 1925. D. l. in prædijs.
- Obligatur quod accedit fundo obligato.** 1913. C. l. si fundus. in sum.
- Obligantur tacite inuecta, pro p̄sione.** 1924. C. l. 2. in quibus cau. pig. vel hypo. taci. contra.
- Obligatus in genere, vel incerto, non tenetur ad melius.** 1968. B. gloss. 3. l. si quid. de ædil. edic.
- Obligatus quis non est ad id quod non habet, nec habuit, nec promisit, nec ex suo delicto tenetur.** 808. D. gloss. vindicabit. §. 1. l. si pars here. pe.
- Obligatus simpliciter ad promittendū, non tenetur ad satisfandū.** 2023. A. B. l. dictum.
- Obligatus fisco constituitur in mora sine interpellatione re ipsa.** 2052. B. in margi.
- Obligatio eodē tēpore oritur & moritur.** 2187. A. gloss. imponi. l. quod autem. de do. inter vitum & vxorem.
- Obligatio generis nihil videtur continere, & æquiparatur alternatiuæ.** 1347. A. B. §. fina. l. cum is. de codic. indeb.
- Obligatio generalis facta à defuncto, nō porrigitur ad heredis bona.** 1921. B. l. Paulus.
- Obligatio licet sit iuris, contractus tamen sunt facti.** 58. A.
- Obligatio naturalis non tollitur per legē, nec per statutum.** 1333. A. in marg. l. si p̄næ. de condic. indeb.
- Obligatio naturalis tollitur per pactum ipso iure.** 276. B.
- Obligatio naturalis tantum inter fratres consistit.** 1352. A. B.
- Obligatio naturalis tollitur iuramento.** 1299. A.
- Obligatio quandoque nascitur extra id quod agitur.** 414. A. gl. 1. §. & si. l. 3. de neg. gest.
- Obligatio quæ fit per legem, potest fieri per pactum.** 304. B. l. non impos. de pact.
- Obligatio ordinatur ad solutionem.** 1356. B. C. in margine. l. indebitam. de condic. indeb.
- Obligatio prior non resuscitatur ex nouo pacto.** 286. A. §. idem.
- Obligationem reddens debitori creditor, videtur pactus de non petendo.** 256. B. l. Labeo.
- Obligatio re contracta non potest trahi vltra quàm peruenit: vt si tibi decem dem, & paciscar vt viginti debeantur, non obligaris nisi in decem.** 276. A. l. si tibi.
- Obligatio rei alienæ, domini voluntate reconciliatur, id est ratificatur.** 1914. A. §. si nesciente.
in centum quinquaginta penè milia versus totum opus consummantes: & in septem partes eos digessimus, non perperam, neque sine ratione: sed in numerorum naturam & artem respicientes, & consentaneam eis diuisionem partium conscientes.

Prima pars ff.

Secunda.

Tertia.

* et.

Quarta.

Igitur PRIMA quidem pars totius contextus, quæ Græco vocabulo *ἑξήκοντα* nuncupatur, in quatuor libros seposita est. SECUNDA autem articulus septem libros habet, qui de iudiciis appellatur. In TERTIA vero congregatione omnia quæ de rebus nominantur, contulimus, octo libris eis* deputatis.

QUARTUS autem locus, qui & totius compositionis quasi quoddam inuenitur umbilicum, octo libros suscepit: in quibus omnia quæ ad hypothecam pertinent, reposita sunt, ut non pignoratitia actione in libris de Rebus posita multum distaret. Alio libro eodem inserto volumine, qui ad iudicium edictum, & rehibitoriam actionem, & dupla stipulationem, quæ de emptionibus proposita est, continet: quia hæc omnia titulis emptionum & venditionum consentanea sunt: & prædictæ actiones quasi pedisseque illarum ab initio processerunt: in vetustioris quidem edicti ordinatione in loca deuia & multo distantia deuagantes, per nostram autem prouidentiam his congregatæ: cum oportuerat ea quæ de eodem penè loquuntur, in consinio ponere. Alius itaque liber post duo*

* duo, pro duos, more Græco, quibus & duo nunquam indelinabile ponunt.

primos nobis excogitatus est de usuris, & traiectionis pecuniis, & de instrumentis, & testibus, & probationibus, necnon præsumptionibus. & memorati tres singulares libri iuxta compositionem de rebus positi sunt. Post hos si qua de sponsalibus, vel nuptiis, vel dotibus, legibus dicta sunt, reposuimus, tribus librorum voluminibus ea cõcludentes. De tutelis autem & curationibus, geminos libros conscripsimus. Et memoratam ordinationem octo librorum, mediam totius operis reposuimus, omnia vndique tam vtilissima, quam pulcherrima iura continentem.

Quinta.

QUINTUS autem exoritur nobis Digestorum articulus, in quem de testamentis & codicillis tam priuatorum quam militum, omne quicquid antiquis dictum, inueniat quis depositum, qui de testamentis appellatur. De legatis autem & fideicommissis quinque librorum numerus adgregatus est. Cumque nihil tam peculiare fuerat, quam legatis quidem legis Falcidia narratio, fideicommissis autem senatusconsulti Trebelliani: singulis libris utriusque eorum applicatis, tota pars quinta in nouem libros coadunata est. Solum autem senatusconsultum Trebellianum ponendum esse existimauimus. captiosas etenim & ipsis veteribus odiosas Pegasiani senatusconsulti ambages, & utriusque senatusconsulti ad se tam superuacuas quam scrupulosas diuersitates respicientes, totum ius super his positum Trebelliano senatusconsulto adiudicauimus. Sed in his nihil de caducis à nobis memoratum est: ne causa quæ in rebus non prosperè gestis & tristibus temporibus Romanis increbuit calamitatibus, bello coalesces civili, nostris maneat temporibus, quæ fauor celestis & pacis vigore firmavit, & super omnes gentes in bellicis victori* periculis superposuit*: ne luctuosum monumentum lata secula inumbrare concedatur.

* forte legendum, victoria. * posuit. Sexta. * in qua.

SEXTA deinde pars Digestorum exoritur, in quibus omnes bonorum possessiones posite sunt, quæ ad ingenuos, quæ ad libertinos respiciunt: ut & ius omne quod de gradibus & adfinitatibus descendit, legitimaque hereditates, & omnis ab intestato successio, & Tertullianum, & Orphitianum senatusconsultum: ex quibus mater & filij inuicem sibi heredes existunt, in geminos libros contulimus, bonorum possessionum multitudinem in compendiosum & manifestissimum or-

dinem concludentes. Post hæc ea quæ de operis nuntiationibus, damnique infecti, & pro adificiis dirutis, & eorum insidiis,* & quæ de aqua pluuiæ arcenda veteribus auctoribus placita sunt: necnon de publicanis, & donationibus, tam inter viuos quam mortis causa conficiendis, tanta legibus inuenimus, in librum singularem deduximus. De manumissionibus autem, & de liberali causa, alius liber respondet: quemadmodum & de acquisitione tam dominij quam possessionis, & titulis, qui eam inducunt, multa & variæ lectiones viui sunt insertæ volumini: alio libro deputato his qui iudicari, vel in iure confessi sunt, & de bonorum detentionibus & venditionibus, & ut ne quid in fraudem creditorum fiat. Postque hæc omnia interdictiones glomerata sunt: & deinceps exceptiones, & de temporum prolixitatibus, & de obligationibus & actionibus liber iterum singularis extenditur: ut præfata sexta pars totius Digestorum voluminis octo libris definiatur.

SEPTIMUS autem & nouissimus articulus Digestorum, sex libris formatus est: quos de stipulationibus, seu verborum obligationibus, & fideiussoribus & mandatoribus, necnon nouationibus, & solutionibus, & acceptilationibus, & de pratoriis stipulationibus, omne quod ius inuenitur, gemino volumine inscriptum est, quod in libris antiquis nec numerari possibile fuit. Et post hoc duo terribiles libri positi sunt pro delictis priuatis & extraordinariis, necnon publicis criminibus, qui omnem continent seueritatem, poenarumque atrocitatem. Quibus permixta sunt & ea quæ de audacibus hominibus cauta sunt, qui se celare conantur, & contumaces existunt: & de poenis quæ condemnatis infliguntur vel conceduntur, necnon de eorum substantiis. Liber autem singularis pro appellationibus nobis excogitatus est contra sententias tam ciuiles quam criminales causas finientes. Cætera autem omnia quæ ad municipales, vel de decurionibus, & muneribus, vel publicis operibus, vel de nudinis, & pollicitationibus, & diuersis cognitionibus, & censibus, vel significatione verborum veteribus inuenta sunt, quæque regulariter definita, in sese recepit quinquagesimus, totius consummationis perfectus. Quæ omnia confecta sunt per virum excelsum nec non prudentissimum magistrum exquestorem & exconsulem Tribonianum, qui similiter eloquentia & legitima scientia artibus decoratus, & in ipsis rerum experimentis emicuit, nihilque maius nec charius nostris vnquam in sessionibus duxit: necnon per alios viros magnificos & studiosissimos perfecta sunt, id est Constantinum virum illustrem, comitem sacrarum largitionum, & magistrum scrinij libellorum, sacrarumque cognitionum, qui semper nobis ex bona opinione & gloria sese commendauit, nec non Theophilum virum illustrem magistrum iurisque peritum in hac splendidissima ciuitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem: & Dorotheum virum illustrem & facundissimum quaestorium, quem in Berytiensium splendidissima ciuitate leges discipulis tradentem, propter eius optimam opinionem & gloriam ad nos deduximus, participemque huius operis fecimus. sed & Anatolium virum illustrem magistrum, qui & ipse apud Berytienses iuris interpretes constitutus ad hoc opus electus est, vir ab antiqua stirpe legitima procedens: cum & pater eius Leontius, & auus Eudocius, qui post Patricium inclyte recordationis quaestorium & anticensorum, & Leontium virum gloriosissimum præfectorem,*

consularem, atque Patricium filium eius, optimam suam memoriâ in legibus reliquerunt, necnon & Cratinum virum illustrem.

rum illustrem.

rum illustrem, & comitem sacrarū largitionum, & optimū antecessorem huius almae vr̄bis constitutum. qui omnes ad praedictum opus electi sunt una cum Stephano Mena, Prosdocio, Eutolmio, Timotheo, Leonide, Leontio, Platone, Iacobo, Constantino, Johanne, viris prudentissimis, qui patroni quidē sunt causarū apud maximam sedem praefecturae qua orientabilibus praetoris praesidet. Omne autem sua virtutis testimoniū vndique accipientes, & a nobis ad tanti operis consummationem electi sunt: & cum omnes in vnum conuenerunt gubernatione Triboniani viri excelsi, vt tantum opus nobis auctoribus possent conficere, deo propitio in praedictos quinquaginta libros opus consummatum est. Tanta autem a nobis antiquitati habita est reuerentia, vt nomina prudentium taciturnitati tradere nullo patiamur modo: sed vnusquisque eorum qui auctor legis fuit, nostris Digestis inscriptus est: hoc tantummodo a nobis effecto, vt si quid in legibus eorum vel supernuacuum, vel imperfectū, vel minus idoneum visum est: vel adiectionem, vel deminutionem necessariā accipiat, & rectissimis tradatur regulis. & in multis similibus vel contrariis quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus positum est: vnaque omnibus auctoritate indulta: vt quidquid ibi scriptū est, hoc nostrum appareat, & ex nostra voluntate compositum: nemine audente comparare ea qua antiquitas habebat, & qua nostra auctoritas introduxit: quia multa & maxima sunt, qua propter vtilitatem rerum transformata sunt: adeo vt & si principalis constitutio fuerat in veteribus libris velata, neque ei pepercimus, sed & hanc corrigendam esse putauimus, & in melius restaurandā. * nominibus etenim veteribus relictis, quidquid legum veritati decorum & necessariū fuerat, hoc nostris emendationibus seruauius: & propter hanc causam, & si quid inter eos dubitabatur, hoc iam in tutissimam peruenit quietem, nullo titubante relicto. Sed cum prospeximus, quod ad portandam tanta sapientia molem non sint idonei homines rudes, & qui in primis legum vestibulis stantes intrare ad arcana eorum properant: & aliam mediocrem eruditionem * preparandam esse censuimus, vt sub ea colorati, & quasi primitiis omnium imbuti, possint ad penetralia eorum intrare, & firmam legum pulcherrimam non conuenientibus oculis accipere. Et ideo Triboniano viro excelsō, qui ad totius operis gubernationem electus est, necnon Theophilo & Dorotheo viris illustribus & facundissimis antecessoribus accersitis, mandauimus, quatenus libris, quos veteres coposuerunt, qui prima legum argumenta continebant: & Institutiones vocabantur, [vndique] separatim collectis: quicquid ex his utile, & aptissimū, & vndique sit elimatū, & rebus, qua in praesenti aeo in vsu vertuntur, consentaneum inuenitur: hoc & capere studeant, & quatuor libris reponere, & totius eruditionis prima fundamenta atque elementa ponere, quibus iuuenes suffulti, possint grauiora & perfectiora legum scita sustentare. Admonuimus autem eos, vt memores etiam nostrarū fiat constitutionū, quas pro emendatione iuris promulgauimus: & in confectioe Institutionum etiā eandem emendationē * ponere non morentur: vt sit manifestū & quid antea vacillabat, & quid postea in stabilitatem redactū est. Quod opus ab his perfectum, vt nobis oblatum & relectū est: & prono suscepimus animo, & nostris sensibus non indignū esse iudicauimus, & praedictos libros constitutionum vicem habere iussimus: quod & in oratione nostra, quam ei dem libris praeposui-mus, apertius declaratur. **Omni igitur Romani iuris dis-**

A positione composita, & in tribus voluminibus, id est Institutionū, & Digestorū seu Pandectarū, necnon Constitutionū, perfecta, & in tribus annis consummata, qua vt primum separari cepit, neque in totū decennium compleri sperabatur: omnipotenti Deo & hanc operam ad hominū sustentationem piis obtulimus animis, vberesque gratias maxime deitati reddidimus: qua nobis praestitit & bella feliciter agere, & honesta pace perpotiri, & non tantum nostro, sed etiā omni aeo, tam instanti, quam posteriori leges optimas ponere. Omnibus itaque hominibus eandem sanctionē manifestā facere, necessariū esse perspeximus: vt sit eis cognitum, quanta confusione & infinitate absoluti, in quantam * moderationē & legitimam veritatem peruenierunt: legesque in posterum habeant, tam directas, quam cōpendiosas, omnibusque in promptu positas, & ad possidendi libros earum facilitatem idoneas: vt non mole diuitiarum expensa possint homines superuacuae legum multitudinis adipisci volumina, sed vilissima pecunia facilis eorum cōparatio pateat tum ditioribus, quam tenuioribus, minimo pretio magna prudentia reparanda. Si quid autem in tanta legum cōpositione, qua ab immenso librorum numero collecta est, simile forsitan raro inueniatur: nemo hoc vituperandū existimet, sed primū quidem imbecillitati humanae, qua naturaliter inest, hoc inscribat: quia omnium habere memoriā, & penitus in nullo pec-care, diuinitatis magis, quam mortalitatis est. quod & a maioribus dictū est, deinde sciat, quod similitudo in quibusdam & his breuissimis adsumpta non inutilis est, & nec citra nostrum propositum hoc subsecutū, aut enim ita lex necessaria erat, vt diuersis titulis propter rerū cognitionem applicari eam oportuerit: aut cum fuerat aliis diuersis permixta, impossibile erat eam per partes detrahi, ne totum cōfunderetur, & in his partibus, in quibus perfectissima visiones * veterum exposita fuerant, quod particulatim in ea fuerat sparsum, hoc diuidere ac separare penitus erat inciuile: ne tam sensus, quam aures legentium ex hoc perturbarentur. Similiq; modo si quid principalibus constitutionibus cautum est: hoc in digestorum volumine poni nullo concessimus modo, quasi constitutionum recitatione sufficiente. nisi & hoc raro ex hisdem causis, [ex] quibus similitudo adsumpta est. Contrarium autem aliquid in hoc Codice positum nullum sibi locum vindicabit, nec inuenitur, si quis subtili animo diuersitatis rationes excutiet, sed est aliquid nouum inuentum, vel occulte positū, quod dissonantia querelam dissoluit. & aliā naturā inducit discordiae fines effugietem. Sed & si quid forsitan praetermissum est, quod in tantis milibus quasi in profundo positum latitabat, & cum idoneum fuerat poni, obscuritate inuolutum necessario derelictum est: quis hoc reprehendere * recto animo possit? primo quidē propter ingenij mortalis exiguitatē, deinde propter ipsius rei vilitatem, quod multis inutilibus permixtum, nullam sui ad eruendum praebuit copiam, dein quod multo vtilius est, pauca idonea effugere, quam multis inutilibus homines praegravare. Mirabile autem aliquid ex his libris emer-sit, quod multitudo antiqua praesente breuitate paucior inuenitur. homines etenim, qui antea lites agebant, licet multa leges fuerant posita, tamen ex paucis lites perferebant, vel propter inopiam librorum, quos comparare eis impossibile erat, vel propter ipsam inscientiam: & voluntate iudicum magis quam legitima auctoritate lites dirimebantur. In praesenti autem consummatione nostrarū Digestorum ē tatis leges collectae sunt voluminibus: quorum & nomina antiquiores homines, non dicimus nescie-

* Flor. quam

* Huic vocē Graecē hic respondet Dorotheus de quo vide Ant. Aug. lib. 2. cap. 2.

* adprehendere Flor.

* hoc corrigendum Flor. * restaurandum Flor.

* emendationem Flor.

* eade emendatione Flor.

bant, sed nec unquam audiebant: quae omnia collecta sunt substantia amplissima congregata: ut egea quidem antiqua multitudo inueniatur, opulentissima autem breuitas nostra efficiatur. Antiqua autem sapientia Librorum copia maxime Tribonianus vir excellentissimus praeiit, in quibus multi fuerant & ipsis eruditissimis hominibus incogniti: quibus omnibus perlectis, quidquid ex his pulcherrimum erat, hoc semotum in optimam nostram compositionem peruenit. Sed huius operis conditores non solum ea volumina perlegerunt, ex quibus leges posita sunt: sed etiam alia multa, quae nihil vel utile vel nouum in eis inuenientes, quod excerptum nostris Digestis applicaret, optimo animo respuerunt. Sed quia diuina quidem res perfectissima sunt, humani vero iuris conditio semper infinitum decurrit, & nihil est in ea quod stare perpetuo possit, (multas etenim formas edere natura nouas deproperat) non desperamus, quadam postea emergi negotia, quae adhuc legum laqueis non sunt innodata. * Si quid igitur tale imperialem fortunam rebus humanis Deus praeposuit, id possit omnia quae nouiter contingunt, & emendare, & componere, & modis & regulis competentibus tradere. & hoc non primum a nobis dictum est, sed ab antiqua descendit profapia: cum & ipse Iulianus legum & edicti perpetui subtilissimus conditor, in suis libris hoc retulit: ut si quid imperfectum inueniatur, ab imperiali sanctione hoc repleatur. & non ipse solus: sed & diuus Hadrianus in compositione edicti, & senatusconsulto quod eam secutum est, hoc apertissime definiuit: ut si quid in edicto positum non inuenitur, hoc ad eius regulas, eiusque coniecturas, & imitationes possit noua instruere auctoritas. Hac igitur omnia scientes patres conscripti, & omnes orbis terrarum homines, gratias quidem amplissimas agite summae diuinitati, quae vestris temporibus tam saluberrimum opus seruaui. quo enim antiquitas digna diuino non est visa iudicio: hoc vestris temporibus indultum est. Hasce itaque leges & adorate, & obseruate, omnibus antiquioribus quiescentibus: nemoque vestrum audeat vel comparare eas prioribus, vel si quid dissonans in utroque est, requirere: quia omne, quod hic positum est, hoc vnicuique & solum obseruari censemus. Nec in iudicio, nec in alio certamine, ubi leges necessariae sunt, ex aliis libris, nisi ab iisdem Institutionibus nostrisque Digestis, & constitutionibus a nobis compositis, vel promulgatis, aliquid vel recitare vel ostendere conetur: nisi temerator velit falsitatis crimini subiectus, vna cum iudice, qui eis * audientiam accommodauerit, poenis grauissimis laborare. Ne autem incognitum vobis fiat, ex quibus veterum libris hac consummatio ordinata est: iussimus & hoc in primordiis Digestorum nostrorum inscribi: ut manifestissimum sit, ex quibus legislatoribus, quibusque libris eorum, & quot milibus hoc iustitia Romana templum aedificatum est. Legislatores autem vel commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere fuerant, & quos & anteriores piissimi principes admittere non sunt indignati: omnibus vno dignitatis apice impertito, nec sibi quoquam aliquam prerogatiuam vindicante. cum enim constitutionum vicem & has leges obtinere censuimus, quasi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in quibusdam esse intelligatur, cum vna dignitas, vna potestas omnibus est indulta? Hoc autem, quod & ab initio nobis visum est, cum hoc opus fieri deo aduente mandabamus: tempestiuum nobis videtur & in presenti sancire: ut nemo neque eorum, qui in presenti iuris peritiam habent, neque qui postea fierent, audeat commentarios

A hisdem legibus adnectere: nisi tantum si velit eas in Graecam vocem transformare, sub eodem ordine, eaque consequentia, sub qua & voce Romana posita sunt, hoc quod Graeci τὰ βιβλία dicunt, & si qui forsitan per titulum subtilitatem adnotare maluerint, & ea quae & ἄλλα nuncupantur, componere. alias autem legum interpretationes, imò magis peruersiones eos iactare non concedimus: ne verbositas eorum aliquod legibus nostris adferat ex confusione dedecus, quod & in antiquis edicti perpetui commentatoribus factum est, qui opus moderate confectum hic atque illic in diuersas sententias producentes, in infinitum detraxerunt, ut penè omnem Romanam sanctionem esse confusam * [cerneres.] Quos si passi non sumus, quemadmodum posteritatis admittatur vana discordia?

B Si quid autem tale facere ausi fuerint: ipsi quidem falsitatis rei constituentur, volumina autem eorum omnino corrumpantur. Si quid verò (ut supra dictum est) ambiguum fuerit visum: hoc ad imperiale culmen per indices referatur, & ex auctoritate Augusta manifestetur, cui soli concessum est leges & condere, & interpretari. Eandem autem poenam falsitatis constitutum & aduersus eos, qui in posterum leges nostras per signorum * obsecritates ausi fuerint conscribere. omnia enim, id est & nomina prudentium, & titulos, & librorum numeros, per consequentias literarum volumus, non per signa * manifestari: ita, ut qui talem librum sibi parauerit, in quo signa * posita sunt in qualemcunque locum libri vel voluminis, sciat inutilis se esse codicis dominum, neque enim licentiam aperimus ex tali codice in iudicium aliquid recitare, qui in quacunque sua parte signorum * habet malitias. Ipse autem librarius, qui eas inscribere ausus fuerit, non solum criminali poena (secundum quod dictum est) plebetur, sed etiam libri estimationem in duplum domino reddet, si & ipse dominus ignorans talem librum vel comparauerit, vel confici curauerit. quod & antea a nobis dispositum est in Latina constitutione, & in Graeca, quam ad legum professores dimisimus. Leges autem nostras, quas in his codicibus, id est Institutionum seu elementorum, & Digestorum vel Pandectarum posuimus: suum obtinere robur ex tertio nostro felicissimo sancimus consulatione praesentis duodecime indictionis, tertio Kalendas Ianuarias, in omne eorum valituras, & vna cum nostris constitutionibus pollentes, & suam vigorem in iudiciis ostendentes in omnibus causis, sine quae postea emerferint, siue quae in iudiciis adhuc pendent, nec eas iudicialis vel amicalis forma compefcuit. quae enim iam vel iudiciali sententia finita sunt, vel amicali pacto sopita: haec resuscitari nullo volumus modo. Bene autem propeperauimus in tertium nostrum Consulatam & has leges edere: quia maximi Dei & domini nostri Iesu Christi auxilium, felicissimum eum nostra reipublica donauit: cum in huc & bella Parthica abolita sunt, & quieti perpetua tradita, & tertia pars mundi nobis adcreuit. post Europam enim & Asiam & tota Libya nostro imperio adiuncta est, & tanto operi legum caput impositum est, omnia caelestia dona nostro tertio consulationi indulta.

C Omnes itaque iudices nostri pro sua iurisdictione easdem leges suscipiant: & tam in suis iudiciis, quam in hac regia vrbe habeant, & proponant, & praecipue vir excelsus huius almae vrbe praefectus, cura autem erit tribus excelsis praefectis praetoriis, tam orientalibus, quam Illyricis, necnon Libycis per suas auctoritates omnibus qui sua iurisdictioni suppositi sunt, eas manifestare. Data septimodecimo Kalendas Ianua. Iustiniano domino nostro ter Consule.

* Excerptum Flo.

* innouata Flo.

* Flo. eorum audientiam patiatur.

* euidā Flo.

† id est, in pedem, quod vero hoc significet, Alc. Parry lib. I. c.

* Vide August. cap. I.

* Flo. sig. in cost. ca. legere. * sigla.

* sigla.

* siglorum.

* sigla.

* sigla.

EN ONOMATI^A IN NOMINE DO-
 ΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΥ
 ἡμεῖς Ἰησοῦ Χριστοῦ.
 MINI ET DEI NO-
 STRI IESV CHRISTI.

Αὐτὸ κράτος Καίσαρ, Φλάβιος, Ἰουστινιανός, Αλεμαννίκος, Γοτθικός, Φραγκικός, Γερμανικός, Αντικός, Αλανικός, Βανδαλικός, Αφρικανός, Δυστικός, Διτυχής, ἑνδοξός, νικητής, τροπαιοῦχος, ἀφείδωτος Αὐγούστος, τῆ μεγάλης βουλῆς, καὶ τῆ δόξης, καὶ πάσαις ταῖς τῆς εὐχουμένης ἡμῶν πόλεσι.

Imperator Cæsar, Flavius, Iustinianus, Alemannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, triumphator, semper Augustus, magno Senatui, & populo, & vniuersis nostræ ditionis urbibus.



Εἰ δὲ ὄκνη ἡμῖν ὁ θεὸς μετὰ τῶν πορὸς Πέρσας εἰρηνίω, καὶ τὸ κατὰ Βανδίων τρώων, καὶ τῶν ὅλων Διεύς κτήσιν, καὶ τῶν τῆς ὀνομαστοτάτης Καρχηδωνίων ἐπανάλυσιν, καὶ τὸ τῆς ἐπαγαγεώσεως



DRIBUIT nobis Dominus pax cum Persis inita & trophæo de Vandalis erecto, atque in ditionem nostram redacta tota Libya, ipsaque inclyta Carthagine recepta, ut ab his, qui ante nos imperarunt, latarum legum instaurationem ad eum finem perduceremus, ad quem perducere aut vlllo modo perfici posse, ne cogitare quidem vllus, nedum sperare potuisset.

ἀγαγεῖν
 πῶς ἀνὸς ἡμεῖς βεβασιλεύοντων
 ἐπεὶ οὐδὲ εἰς τὸν βασιλεύον ἡλ-
 πσον ἀν, οὐτὸ δωματὸν ὄλας
 αὐτὸ ἀν ἐνομι-
 ἄδη νομοδοσίαν
 οὗ τῆς παρ-
 σβυτέρας
 μέγχι ἡμεῖς
 ὡν, οἵτινες
 ἀμφὶ τὰ κρίματα
 οὐκ ἐν τοῖς ἀλλοῖς
 μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσι πορὸς ἀπασαν
 αἰεὶν συμφορὰν ἴε καὶ διαφορὰν, καὶ τὸ μὲν μαχόμετον, αὐτῆς
 ἐξελείν, τὸ δὲ ταυτὸν τε καὶ ὅμοιον ἐξωθῆσαι, μίαν ἢ ἀν-
 τὴν κάλλους εἰδέαν ὄφρα καὶ, ὡς ἐνα, τὸν κείμενον ἐφ' ἐκά-
 στῳ καθεστάναι παρὰ ματὶ νόμον τῆς ἀνωθεν ῥοπῆς, καὶ τῆς
 ἐκείθεν φιλανθρωπίας ἰδίον καὶ, ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπίνης πνός
 διατοίας, ἢ ἐγχειρήσεως, ἢ δυναμείως ὄλας. ἡμεῖς οὖν, τῶ-
 πο δὴ τὸ σωτηριζόμενον ἡμῖν, τὰς χεῖρας εἰς θεὸν ἀναλεί-
 ψαυτες, καὶ ἀτήσαντες ἡμῖν αὐτὸν συλλαβεῖν, ἐνεχειρή-
 σαμέν τε καὶ τὸ πᾶν ἐξεργασάμεθα. Τελωνιαῖοι πορὸς ἐν-
 ἰδοτάτω μαγίστρο καὶ ἀπο κυραὶ ὄρων πορὸς θεοῦ ἡμεῖς πα-
 λατίου, καὶ ἑσάτων πορὸς τῶν ὅλων ἑσουργείαν χησα-
 μμοῖ, καὶ πῶν ἄλλοις ἐνδοξοῖς τε καὶ σοφοῖς ἀνδράσι, ἑρω-
 ὄντες μὲν αἰεὶ τὸ γινόμενον, τὸ δὲ ἀμφοτεροπῆσι μαν-
 δάνοντες, πᾶσιν δὲ ἐκ τῆς ἐνδοξομένης ἡμῖν ὄφρα πορὸς θε-
 οῦ πορὸς καὶ σωτήρος ἡμεῖς Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώσεως τε καὶ
 δόξης ὄφρα ἐπιπύθεντες ὄλας παρὰ τῶν. τὰς μὲν ἐν ὄσπερ
 διατάξεις ἦδη πορὸς τὸν δώδεκα βιβλίους ὄσπερ ἐλάσαντες, τὸ
 τῆς ἡμετέρας ὄσπερ ἐπὶ ὄντων σωτηριζόμενον βιβλίον
 νῦν δὲ τὰς ἀπάντων ἡμεῖς παρὰ τῶν νομοδοτήσαντων, σωσα-
 γαγόντες γνώμας, ἐκ πορὸς πᾶσι ἀπεράτων βιβλίων, ἀπὸ
 καὶ μὲν ἀμφὶ τὰ κρίματα, ἀεὶ μὲν δὲ εἶχον εἰχὼν κα-
 εἰδῶν τριακοσίων, ὄφρα ἡμεῖς τὸν ἀμα καὶ ὄσπερ ὄφρα
 σωτηριζόμενον ὄφρα. πενήτηντα οὖν τὰ πάντα πε-
 ποίμεθα βιβλία τὰ νῦν, ἀνωθεν σωσαγόντες τὸ χη-
 σιμον, καὶ ἀπᾶσας τὰς ζητήσεις τεμόντες, καὶ μὴδ ἐν κα-
 ταλιπόντες ἐπὶ ὄσπερ ὄφρα, ὄφρα βιβλίων DIGESTA,
 ὄφρα πανδέκτω παρὰ τῶν ὄφρα, ἐκ τε πορὸς ἡμῶν νόμων ἐχόν
 διαρῆσεις τε καὶ διατυπώσεις, ἐκ τε πορὸς τὸ πᾶν εἰς ἐν ὄφρα
 ὄφρα ὄφρα ἐξ ὄφρα, ταυτὶ αὐτῶν ὄφρα τῶν παρὰ τῶν ὄφρα. οὐ
 παρὰ τῶν τε ὄφρα καὶ δὲ καὶ καὶ μὲν ὄφρα ἐκ τῶν ὄφρα
 ὄφρα, καὶ εἰς ἐπὶ τὸ πορὸς διατῶν παρὰ τῶν καὶ τῶν
 οὐ παρὰ τῶν, ἀλλὰ τῆς ὄφρα ἀεὶ μὲν ὄφρα τε καὶ ἀρμονίας
 ὄφρα ὄφρα. τὰ τε γὰρ καλούμενα ὄφρα πᾶσι ΠΡΩΤΑ,
 ὄφρα ὄφρα ἀπὸ τῶν βιβλίων. ὄφρα τῶν τε τὰ DE IVDI-
 CIIS, ἐν ὄφρα ὄφρα. καὶ τὰ DE REBUS, οὐκ
 ἐν πᾶσι ὄφρα ὄφρα. Τὸ δὲ ὄφρα πορὸς συγγραμμάτων
 ὄφρα, ὄφρα δὲ ὄφρα τῶν τε ἀμα καὶ μέσον ὄφρα πορὸς παντῶν,
 ὄφρα

antiquæ
 quæ penè in mille
 modò, sed in Imperialibus quoque constitutionibus in
 omnem spirare concordiam, & discordiam, & exempto
 si quid in eis pugnas fuit: similibusque omnibus remo-
 tis, vnam illi pulcherrimam quandam formam ita com-
 parare, ut vna tantum de singulis controuersis lex posi-
 ta haberetur: cælesti prouidentia & in homines bene-
 uolentia peculiare perfici nullo modo potuit. Nos igitur
 pro consuetudine nostra, manibus ad Deum sublatis, &
 eius implorato auxilio, opus ipsum adgressi sumus,
 quod & postea absoluiimus, Tribonianus illustrissimi
 magistri & exquæstoris sacri nostri Palatii & exconsulis
 subsidio præcipue freti, aliquot etiam aliis illustribus
 & prudentibus hominibus adhibitis, à quibus res sin-
 gulas ita ut opus procedebat sciscitanti, & eorum quæ
 ipsis dubia videbantur, certiores facti, omnibus demum
 pro ea intelligentia quæ nobis à Domino & seruatore no-
 stro Iesu Christo concessa est, perpensis & digestis, con-
 sentaneum tandem finem imposuimus. Pii igitur Con-
 stitutionibus iam ante in duodecim libros digestis, li-
 brum nostro nomine inscriptum composuimus: nunc
 autem coactis antiquorum legislatorum sententiis, ex
 multitudine librorum, plus minus duorum millium,
 ut numerum versuum tricies centenorum milium ad
 minimum continerent, in dimensum & compositum
 acerum redigimus. Omnes igitur superiores libros
 ad numerum quinquaginta coëgimus, omnia quæ uti-
 lia erant (quæstionibus omnibus amputatis, nullaque
 repugnantia relicta) coaceruantes: eique libro Dige-
 storum seu Pandectarum nomen imposuimus: pro-
 pterea quòd legum definitiones & constitutiones in se
 contineret, omniaque vno quodam complexu coërce-
 ret, versusque illi non plures quàm centum quinquaginta
 mille relinquentes. Porro autem opus ipsum in
 septem tractatus distinximus, neque tamen id teme-
 re aut fortuitum, atque inconsultum, sed ad ipsam nume-
 rorum naturam & harmoniam spectantes, nam quæ vul-
 gò τὰ ὄφρα nominantur, ea quatuor libris conclusimus:
 quæ verò DE IVDICIIS, septem aliis libris: quæ
 DE REBUS, non pluribus quàm octo: reliquam au-
 tem operis partem, quæ quarta est, & totius dimidia,
 a vj octo

Flo. 470
 77.

Codex Iustini-
 nianus.

Digesta.

Pandectarum
 nomen.

Ad huc locum
 vide Alciati,
 li. Pareg. II.
 cap. I I.

οκτώ libris aliis complexi sumus: inter quos est & HYPOTHECARIA, non longè à PIGNERATICA. Est autè & EDILICIVM EDICTVM & DE EVICTIIONIBVS stipulatio: quæ duo cum essent velut appendices venditionum, procul tamen inter leges reposita, propter eam quam inter se habent adfinitatem, ea in proximo collocauimus, vt ne quæ de iisdem differunt, procul inter se disiuncta ac separata essent. His porrò ea quæ ad vsuras terrestres ac maritimas pertinent, & item quæ ad instrumenta, testes, probationes, præsumptiones, vnum in locum collecta subiunximus: Hæc quidem omnia in tres, eosque singulares libros post tractatum DE REBUS, inter se coniuncta reponentes: ac tum quidem ea quæ de sponsalibus, nuptiis, & dote, constituta sunt, coaceruantes: huic quoque compositioni tres libros assignauimus. Duos præterea de tutoribus minoris ætatis qui vulgò DETUTELIS appellantur, eosque ipso loco quæ octo hisce libris tractantur, in summam redegimus: & hanc, vt diximus, mediàm partem totius libri fecimus: & quæ pulcherrima & vtilissima videbantur, ea legibus in his incertis descripsimus. Quæ verò ad Testamenta, Legata, & Fideicommissa pertinent, ea omnia in nouem librorum contulimus: inter quos duo priorem locum obtinent, qui de Testamentis & Codicillis, siue qui vulgariter siue qui militum arbitrio fiunt, commemorant: suntque DE TESTAMENTIS inscripti. Quinque autem qui sequuntur, de Legatis & fideicommissis tractat: & omnibus quæstionibus quæ in his versantur. Et quoniam legis Falcidiæ narratio, naturæ legatorum & fideicommissorum finitima cognataque est, ideo nos eam proximo loco reposuimus: eique post tractatum de Legatis, librum integrum & cum breui quadam accessione assignauimus. Præterea cum Falcidianam legem id Senatusconsultum in fideicommissis imitaretur, quod Trebellianum vocant, huic etiã attribuimus vltimum huius compositionis locum, vniuersa hac sanctione sub Trebelliano senatusconsulto redacta: posteaquam antiquâ Pegasiani constitutione inutile esse, & absurdas horum Senatusconsultorum tum differèntias, tum similitudines cõperissemus: quas etiam antiqui odio habentes, captiosas & damnosas appellarunt: & simpliciori quadam ratione vniuersum hunc tractatũ coaceruantes, & in Trebellianum locum adaptantes, hanc quintã partem totius compositionis nouem libris absoluiimus: in quibus sanè nullam de his quæ veteres caduca nominabant, mentione fecimus, quoniã hæc quæ infelici quodam fato in Romanorum republica euenerat, & grauis ciuiliū bellorum recordatio fuerant: his temporibus, quibus Deus in hac pace viuere nobis concessit, vsurpari in republica nõ oportebat: neque inter eos qui nobis subiecti sunt, neque qui extra nostrũ sunt imperiũ: cum que oporteat bellũ nostris viribus gerere, & hostes superare. Sequitur autem & sexta quædam pars huius totius operis, octo libris conclusa. Præclare autem incipit à bonorum possessionibus, quas nos ita vt reliqua expendentes, siue quæ ad ingenuos, siue quæ ad libertinos pertinebãt, ex immensa illa vetere colluie & obscuritate in purum compendium redegimus: duorum librorũ numerũ ipsis satis esse arbitrati. Quinetiã omnes successiones ab intestato, cum his coniunximus: omnes cognitionũ ordines, & earum gradus in eo libro inferentes. In postrema autem ipsorum parte, ea quæ ad senatusconsultum Tertullianum & Orphitianum pertinent, inferenda puta-

Α οκτώ βιβλίοις ἄλλοις ἐναπεδέξαμεθα· ἐν οἷς ὄσι μὲν ἢ Γ' ΠΟ-
 ΘΗΚΑΡΙΑ, ἢ πῶρον πού τῆς ΠΙΓΝΕΡΑΤΙΚΙΑΣ
 ἀφεσῶσα. Ἐστὶ δὲ καὶ ἡ ΕΔΙΛΙΚΙΟΝ ἔδικτον, καὶ ἡ περὶ τῆς
 ἐκνικησίων ἐπερώτησις. ἄφερ ἄμφο, ἄφρολογικὴ μὲν
 καθεσῶτα τῆς περὶ πῶρον, πῶρον δὲ πού τῆς νομοθεσίας ἀπο-
 κισμένη*, σιωπῆ ἀρμεν ἐγγύθεν, διὰ τὴν περὶ ἀλλήλων
 συγγένειαν, ἵνα τὰ περὶ τῆς ἀποτῆς διαλεγόμενα μὴ πῶρον
 διεσκήκοιεν ἀλλήλων. εἴτα ἐπιγράμμεν τούτοις τὰ τε περὶ το-
 κῶν ἐγγύων καὶ δικασίων, καὶ τὰ περὶ συμβολαίων τε καὶ
 παρόδου μέρτυρων, καὶ ἀποδείξεων τε καὶ περιλήψεων, εἰς βι-
 βλίον ἓν. πρῶτα δὲ τὰ τὰ μορὸβιβλα μὲν τῶν DE RE-
 BVS παραγματικῶν συναγωγῶν ἀλλήλων καταθέμενοι· καὶ
 αὐτῶν τὰ περὶ μνηστῶν* καὶ γάμων, καὶ περιπέδων νομοθετημένα
 συναγαγόντες, πρῶτα δεδῶκεμεν ἔχειν καὶ ταύτη τῇ σιωτῆσει
 βιβλία, καὶ μὴ καὶ περὶ τῆς κηδεμόνων τῆς νέας ἡλικίας δύο ταύ-
 τα δὴ τὰ DE TUTELEIS ἄφερ πᾶσιν ὀνομαζόμενα, κἀν-
 ταύτα σιωεκαφαλαιωσάμεθα τῶν δὲ οκτῶ τούτων βιβλίων
 παραγματικῶν, καὶ μεσαίτητον, ὡς εἶρη, τὸτο μέρθ· τὸ πᾶ-
 σις σιωτῆσεως τῶ βιβλίω πεπιπύμεθα, τὰ κάλιστα δὴ καὶ
 χρῆσιμώτατα τῶ νόμων ἐν τούτοις ἀναγραφάμενοι. τὰ δὲ δὴ
 περὶ διαθηκῶν, καὶ περὶ γαληγάτων, καὶ φιδεικομίσσων ἀπαν-
 τα σιωπῆ ἀρμεν εἰς ἑνέα βιβλίων ἀειδῶν, ὡν ἡγεῖ μὲν
 τὰ περὶ διαθηκῶν καὶ καθήκων τῶν τε καθόλου γαμῶν, τῶ
 τε ἀς ποιοθῶν ὡς βούλονται εραπῶται, δύο καθεσῶτα,
 καὶ DE TESTAMENTIS ὀπηραραμμένα. πάντε δὲ
 ἐρεξῆς τὰ περὶ ληγάτων, καὶ φιδεικομίσσων, καὶ πᾶ-
 σις τῆς ἐν αὐτοῖς ζητήσεως διαλεγόμενα· καὶ ἐπειδή τὸ
 τοῦ FALCIDIOY λόγθ· σερσεχίς τε καὶ ἀρμῶθ·
 τῶ τῶ ληγάτων καὶ φιδεικομίσσων ἰδιότητι, διὰ τοῦτο δὴ
 καὶ αὐτὸν διδῶν τῆ τῶ ληγάτων ἀπεθῆκαμεν παραγματικῶν,
 βιβλίον ὅλον ἀναθέντες αὐτῶ μετὰ τὸν βερχῆσις σερσε-
 θῆκῆς. καὶ αὐτῶν ἐπειδὴ περὶ τῶ τοῦ FALCIDIOY
 μίμησον ὅπῃ τῶ φιδεικομίσσων ἡ τὸ καλούμενον TRE-
 BELLIANON δόγμα, καὶ τούτῃ τῶ τελευταίαν τῆς
 σιωτῆσεως ταύτης ἀπενέμαμαν χάραξ, τὸ πᾶν τῆς νομο-
 θεσίας ταύτης εἰς τὸ TREBELLIANON σιωαγαγόν-
 τες, καὶ περὶ τῶ τῶ τῶ τῶ πάλαι Πηγασανοῦ νομοθεσίας
 ἀρόντες, καὶ τὰς ἀλόγους τῶ δογμάτων τούτων διαφορὰς τε
 καὶ κοινότητας, ἀς δὴ καὶ οἱ πάλαι μισήσαντες, ἀπενοκημέ-
 νας τε καὶ ὀπζημίους ἐμάλοισ. καὶ ἀπλουερω πνὶ λόγθ τὸ
 πᾶν τοῦτο γῆμα σιωαροῖσαντες, καὶ εἰς τὸ τῶ TREBEL-
 LIANIOY μεθαρμωσάμενοι τῶξιν, καὶ τοῦτο δὴ τὸ πέμ-
 πον μέρθ· τῆς ὅλης σιωτῆσεως τοῖς ἑνέα τούτοις ἀντῶ*
 βιβλίοις, ἐν οἷς οὐδὲν ὑπὲρ τῶ πάλαι Καθούκων ἡμῶν εἶ-
 ρηθ, διότι καὶ ταύτα κατὰ πᾶνα χρεῖαν οὐκ ἀτύχη τῆ Ρω-
 μαίων ὀππολάσαντα πολιτεῖα, καὶ ὑπόμνημα δεινὸν τῶ
 ἐμφυλίων καθεσῶτα πολέμων, οὐκ ἐχρῆν ἐν καροῖς πολι-
 τειασθ, καθ' οὗσ ὁ θεὸς εἰρήλυ τε δέδωκεν ἡμῶν ἀρεν, ἐκ
 τε τῶ ἐνδον, ἐκ τε τῶ ἐξωθεν. καὶ ὅταν δέοι πολεμεῖν, ῥῶ-
 σα μετὰ τῆς αὐτῶ ῥωπῆς τῶ ἐναντίων κρατεῖν. Ἐπειτα δὲ
 ἡμῶν καὶ ἐκ τῆς μοῖρα τούτου δὴ τὸ παντὸς συσῆματθ·
 οκτῶ ἀπεκαλεισμένη βιβλίοις. ἀρχεται δὲ καλῶς ἐκ τῶ ὀνο-
 μαζόμενον διακατοχῶν, ἀς ἡμεῖς ὁμοίως τοῖς ἄλλοις κατα-
 σκεφάμενοι τὰς τε εἰς πύς ἀγρονότας, τὰς τε εἰς πύς
 ἀπὸ ἀδέρους φερομένας, ἀ πολλῆς τῆς ἐμπροσθεν συγχύ-
 σῶς τε καὶ ἀσφείας εἰς καθαρὰν ἡγῶμεν σιωτομῶν, δύο
 βιβλίων αὐταῖς ἀειδῶν ἀρκεῖν νομοκῶτες. ἀρσυναπέ-
 ξαμεν δὲ αὐτοῖς καὶ τὰς ἀξ ἀδιαδέτου καλουμένας ἀπάσας
 διαδοχὰς, καὶ αὐτὰς τὰς τῶν γῆων τάξεις, καὶ πύς ὅπῃ τού-
 τοις βαδμοῦς ἐγγράφαντες τῶ βιβλίω, καὶ ὅπῃ τῆς ἐρατίας
 αὐτῶ τὰ περὶ τοῦ ΤΕΡΤΟΥΛΙΑΝΙΟΥ ἴε καὶ
 ΟΡΦΙΤΙΑΝΙΟΥ σιωαθήκαμεν δόγματθ·, εἰξ ὡν
 μῆρες

stro, qui que leges in hac regia vrbe, magna veneratio-
 ne & diligentia, atque adeo vt professoria dignitati
 conuenit, interpretatur: cum Dorotheo magnificentis-
 simo quaestore, & interprete designato in legum ci-
 uitate (dicimus autem celebrem & splendidam Bery-
 tiensium metropolim) quem ad nos perducere, & partici-
 pem huius laboris facere volumus, bona de eo existi-
 matione ducti: tum etiam Anatolio magnificentissimo
 magistro, qui & ipse apud Berytienses leges profiteretur,
 viro ex illustri legum professorum apud Phoenices ter-
 tia generatione descendente: vt pote qui genus referat
 ad Leontium & Eudoxium viros legum peritia cele-
 bres, post Patricium insignis memoriae quaestorium an-
 ticensorem, & Leontium celeberrimum ex praefectum,
 ex consulem, & Patricium ipsius filium, & Cratinum
 virum illustrem, & magnificentissimum simul & sapientissimum
 comitem sacrarum largitionum. Est autem & ipse legum
 optimus interpres in hac regia vrbe: & praeter hos Stephano,
 Menae, Prosdocio, Eutolmio, Timotheo, Leonidae,
 Leontio, Platoni, Iacobo, Constantino, Ioanni, prudentis-
 simis viris: qui omnes oratores sunt illustrissimorum
 Praefectorum sacrorum nostrorum praetoriorum, opinio-
 nem autem apud omnes sapientiae merito quam obtinerent,
 iure a nobis digni sunt iudicati, qui tanti huius laboris
 participes essent. Haec igitur a nobis circa Digestorum
 conscriptionem elaborata sunt per eos quos paulo ante
 nominauimus illustres & prudentes homines. Tanta
 autem nobis reuerentia antiquitatis fuit, vt immutari
 nomina veterum iurisprudentium nullo modo permiserimus:
 sed vniuscuiusque nomen legibus inscripserimus,
 ea quidem immutantes, quae nobis non recte se
 habere visa sunt, quibusdam videlicet amputatis,
 quibusdam vero additis: eoque ex multis excerpto & se-
 lecto, quod optimum fuit, & aequali robore auctori-
 tatis omnibus adcommodato, vt quidquid libro
 inscriptum est, hoc videatur nostra sententia factum:
 nemoque iam audeat ea quae nunc sunt, cum antiquis
 comparare: quippe cum multa & quae ne numerari
 quidem facile poterant, a nobis in melius mutata sint:
 etiam si quid aliqua priorum imperatorum constitu-
 tione diuersimode sancitum extabat. Nomina enim
 antiqua integra seruauius, legum autem auctoritatem
 nostram fecimus: quemadmodum etiam si quid dissi-
 dens in his extabat (multa autem extabant huiusmo-
 di) id omne distinctum est, & suis limitibus determi-
 natum: denique vt in clarum finem redigeretur lex
 quaeque, perfecimus. Et quoniam operae pretium erat
 commodam quandam introductionem facere eorum
 causa qui nuper ad legum studium adgressi sunt,
 neque dum vllam altiore doctrinam attigerunt,
 nos eius quoque rei curam & cogitationem suscepimus.
 Quocirca Triboniano viro illustrissimo, & cui totius
 legum sanctionis negotium commissum fuit, & item
 Theophilo ac Dorotheo magnificentissimis & sapientis-
 simis anticensoribus mandauimus, vt ex his quae
 apud veteres inter introductiones iacebant, ea
 seligerent quae maxime commoda & vsitata, ac
 praesenti reip. statui vtilia essent: eaque con-
 gesta & coagmentata nobis offerrent: meminissent
 autem & nostrarum constitutionum quas in
 superiorum emendationem fecimus. Itaque libros
 quatuor qui prima essent elementa introdu-
 ctionis compararent, quae INSTITUTA vocari solent.
 Hanc igitur sanctionem a se compositam nobis
 cum obtulissent, nos ea perpensa & considerata,
 recte se illam habere, & voluntati nostrae
 respondere iudicauimus:

A γίσρου, και νόμοις ὅτι τῆς βασιλίδ^Θ ταύτης πόλεως σι-
 μωνῶς τε και ἀρξενῶς, και τῆς διδασκαλικῆς ὀπτιμῶς
 ἀξίως διδάσκοντ^Θ, και Δωροθέου τοῦ μεγαλοπρεπέστατου
 κωσταντίνου, και διδασκαλοῦ ἐν τῇ τ^ῃ νόμων ἀναθετεγμένῳ
 πόλει, φασὲν δὲ τὴν αἰδιμόν^{*} τε καὶ φασαίη[†] τ^ῃ Βηρυτιῶν αἰδιμόν[†]
 μητροπόλιν, ὅν ἡ πόλις αὐτῶν ῥησιῶν δόξα, καὶ εἰς ἡμᾶς ἡγα-
 γῆ, και τ^ῃ παρόντων μεταχρῆν φερεται ἐλατο πόρων, και
 Ανατολίου τε τοῦ μεγαλοπρεπέστατου μαγίσρου, ὅς δὴ καὶ
 αὐτὸς φασὲν Βηρυτιῶσι τὰ ἐκ νόμων παιδάσει καλῶς, αἰνῆς
 ἐκ περιουσίας σιμωνῆς τὸς φασὲν Φοίνιξιν τ^ῃ νόμων διδασκαλικῆς
 καταβαίνων[†] ἀναφέρει ῥοδὸν εἰς Λεόντιον τε και Εὐδῶξιον,
 αἰδρας ὅτι νόμοις μετα Πατρικίαν τὸν τῆς δὴκευδὸς μη-
 μος κωσταντίνου και ἀντικλυσορα, και Λεόντιον τὸν πανδύση-
 μον ἀπὸ ὑπάρχων ὑπάρτων, και Πατρικίαν τὸν αὐτῶν πα-
 δας^{*} ὥστε δαυμασμεν. τὴν τοῦ μεγαλοπρεπέστατου καὶ σφω-
 φωτάτου κόμιστ^Θ τ^ῃ θεῶν λαμπρόνων, νόμων τε καὶ αὐ-
 τὸς ἀγαθὸς ἐξηγητῆς ὅτι τῆς βασιλίδ^Θ ταύτης ὅτιν πό-
 λεως, καὶ πρὸς τούτοις Στεφάνου, Μιλῶ, Προσδοκίου, Εὐ-
 πολμίου, Τιμοθέου, Λεωνίδου, Λεοντίου, Πλάτων^Θ, Γα-
 κάβου, Κωνσταντίνου, Γωάννου, τ^ῃ σφωτάτων. οἱ σφωτῆρες
 ῥήτορες μὲν εἰσὶν τ^ῃ ἐκδοξοτάτων ὑπάρχων τ^ῃ ἱερῶν ἡμῶν
 περιουσιῶν, δόξαν δὲ φασὲν πᾶσιν τὴν ὅτι σοφία δικήως
 ἔχοντες, εἰκότως παρ^ῃ ἡμῶν ἐκρίθησαν ἀξιοι καθεσταῖαι,
 τοῦ ποσούτου μεταχρῆν ἀγῶν^Θ. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν φασὲν
 τὴν τ^ῃ ΔΙΓΕΣΤΩΝ ἐκπεπῶνται συγγρασεύ διὰ τ^ῃ
 ἀρτίως ἡμῖν εἰρημέναν, ἐκδοξῶν τε και σφῶν ἀνδρῶν. το-
 σούτη δὲ ἡμῖν αἰδῶς τῆς ἀρχαιότητ^Θ γέρονον, ὥστε εἰδὲ
 αἰμείψαι τὰς φερεσιγρίας τῆς ἐμπροσθεν νομοθετῆς ὑπε-
 μέναιμεν, ἀλλὰ τὴν ἐκάστου τούτων τοῖς νόμοις ἐπερ-
 φασμεν φερεσιγρίαν, αἰμείψαντες μὲν εἶπ^ῃ φῶν ἔχον ἡμῖν ἐκ
 ἐρῶς ἐδόκει, μέρη δὲ τὰ μὲν ἀρελοῦντες, τὰ δὲ φερε-
 θέντες, ἐκ πολλῶν τε τὸ κάλλιον ἐλόμηναι, και τὴν ἴστω
 ἀπασιν φασαχόντες τῆς ἐξουσίας ἰσῶν, ὥτε πᾶν ὅπερ
 ἐγγέγραπται τῷ βιβλίῳ, τούτο ἡμετέρα γλυῶται γνάμη,
 μηδένα τε φασὲν φασαχόντες τὰ γλυῶται νομῶ τοῖς ἐμ-
 προσθεν, ἐπειδὴ πολλὰ και οὐδὲ ἀειδμῶν ῥάδια με-
 τατεθείκαμεν εἰς τὸ κρείπτον, και εἰ π^ῃ βασιλικῆ πνε τῆς
 παλαιωτέρων αυτοκρατόρων διατάξει, πρὸς ἄλλοιον εἰρη-
 ται^{*} γῆμα. τὰ μὲν γδ ὀνόματα τοῖς ἐμπροσθεν ἐφυλά-
 ξαμεν, τὴν δὲ τῆς νόμων ἀλήθειαν ἡμετέραν ἐπισημά-
 μεθα, ὥστε και εἰ π^ῃ φασαχόμενον ἐκείνοις ῥῶ^{*} πολλὰ
 δὲ τὰ τοιαῦτα ἐπέκειτο^{*} τούτο δὴ ῥηται τε και πεπῶ-
 ται, και εἰς σφῆ^{*} φερέσκει τέλ^Θ ἔχοντα νόμον. Ἐπειδὴ
 δὲ ἐχρῆν και πναμετρίαν εἰσαγωγῆν πεῖσαισθ[†] πρὸς τοὺς
 ἀρτ^ῃ νόμων ἀπῶμῆνοις και τὴν μίζω διδασκαλίαν ὡς
 ὀρῶντας, οὐδὲ τούτο τῆς ἡμετέρας ἐξῶς καταλίπμεν φερε-
 νοίας, ἀλλὰ τριβωνιανῶν τῷ ἐκδοξοτάτῳ, τῷ και τὴν τῆς
 ὄλης νομοθεσίας ὑπουργίαν ὀπτιμῶς φασαχόμενῳ, και Θεοφίλῳ
 γα μιλῶ και Δωροθέῳ, τοῖς μεγαλοπρεπέστατοις, και σφω-
 τῆτοις, ἀντικλυσορα ἐγκλειδοσάμηναι διατεξάμεθα φρο-
 σῆκειν ἐκ τῆς τοῖς ἀρχαίοις ἐν εἰσαγωγῆς συγκεκριμένων
 τὰ κλειώτατα τε και κραιώτα, και ὁποῦ τοῖς νῦν
 πολιτοδομῆνοις συμφέρε[†] φασαχόμενῳ, ταῦτα ἐξελείν, και
 ἀρῶσαι, και εἰς ἡμᾶς ἀγαγεῖν^{*} μαμῶσαι δὲ και τῆς
 ἡμετέρας διατάξεων, ὥς εἰς ἐπανόρθωσιν τῆς ἐμπρο-
 σθεν πεπῶμεθα, και οὕτω σιμῶναι βιβλοῖς τέσσαρας.
 φῶτα σιμῶτα τῆς εἰσαγωγῆς ἐσμένας, ὥς δὴ καλῶν
 INSTITUTA νομῶται. και δὴ και ταῦτω τὴν νο-
 μοθεσίαν σιμῶντες φροσῆγαρον ἡμῖν, και ἡμεῖς ἀπασιν
 κατασεφάμενοι, και διακρίναντες καλῶς τε ἔχον, και
 κατὰ τὸν ἡμέτερον ἐκρίναμεν νομῶ, και ἡμέτερον εἶναι καὶ

Quid in dige-
 storū compo-
 sitione factum
 sit.

Instituta.

* παλι-
 τῶσαι
 ρου καὶ
 πῆται.

* ἱερῶ
 Flo.

* ἐπιση-
 Flo.
 * σφῆ
 ῥῶσαι,
 ἔχοντα

iudicauimus:

ποδο το βιβλίον ἀπεφηνάμεθα, καὶ τότε τὴν ἡμέ-
 τέρων διατάξασιν ἰχὺν ἔχον ἀπὸ αὐτῆς, ὣν ἐν
 περιουσίαις τοῦ βιβλίου διελέχθημεν, ἀπασιν ἐδηλώσα-
 μεν. Οὕτω τοίνυν τὴν ῥωμαίων νομοθεσίαν τάξαντες,
 καὶ ἐν τρισὶν τοῖς ὅλοις βιβλίοις τε καὶ ἐνιαυτοῖς περὶ
 γμα τοσούτων ἐπιπεπονηκότες, (ὅσῳ μὲν τὴν ἀρχὴν
 ἡμεῖς βατὸν εἶναι τὸ πρῶτον ἐδείξαμεν, οὐδὲ εἰς δέ-
 κτην ἔτ' ὅλον σωτηριώδη περὶ διοικητῶν) εἰς μόνων
 τριῶν ἐνιαυτῶν ἀποτελέσαντες τάχῃ, καὶ τῷ δευτέρῳ
 δεῦρ καὶ τοῦτον ἀναθέντες τὸν ἄλλον, τῷ καὶ εἰρήνῃ
 ἀγειν, καὶ πολέμοις καταρτοῦν, καὶ νομοθετῆσαι παντὶ
 πᾶσι τε περὶ ἡμῶν, πᾶσι τε ἐφ' ἡμῶν, πᾶσι τε μὴ ἡμῶν
 χροῖον διοικητέων, δίκασιν ἀφ' ἡμῶν ἀπασιν ἀνθρώποις
 ποιῆσαι φανεράν τὴν ἡμετέραν ἕσπερ αὐτῶν σπουδὴν
 τε καὶ φρόνησιν, ὅπως ἀν τῆς ἐμπροσθεν ἀπαλλαγῆ-
 τες ταρχῆς τε καὶ συγχύσεως, καὶ πέρας ἐχούσης οὐ-
 δὲν νομοθεσίας, χηρῶνται νόμοις ὁμοῖς τε καὶ σωτή-
 μοις, καὶ πᾶσιν περὶ ἡμῶν, καὶ τὴν τ' δικῶν σωτο-
 μίαν ἀπαρξομένοις, καὶ περὶ ἡμῶν γε ἀπασιν τοῖς βου-
 λομένοις ῥαδίως εἰς κλήσιν, οὐκ ἐπὶ πολλῶν δεομένων
 χημάτων, ἵνα τὸ τ' ἀρχῆων ἐκείνων βιβλίον ἀρρί-
 σαιεν πᾶσι, ἀλλ' ἐπ' ὀλίγω πημάτων τοῖς τε πλου-
 τοῦσιν ὁμοῖως, τοῖς τε ἐξ ἐλαττοῦ ὁρμημένοις οὐ-
 σίας, ἀδελφῶν τῆς ἐαυτῶν παρεχόμενης κτήσεως. εἰ δὲ
 π, πᾶσι δὲ οὐκ ἔστιν ἡμῶν ἡρωισμῶν καὶ ἐκ τοσού-
 των μισθῶν συλλεγῆσθαι, δόξαιεν ἔχειν ὁμοῖως (τοῦ-
 το δὲ οἰόμεθα σπάνιον ἔσσεσθαι) πᾶσι ἀλλὰ τοῖς τῆς ἀν-
 θρωπίνης ἐσχημαμένοις φύσεως οὐκ ἔξω δικαίας ἀπολο-
 γίας οὐδὲ τοῦτο δόξαιεν εἶναι. τὸ γὰρ διὰ πάντων ἀνδ-
 ρων δίκαια ἀν εἶναι μόνως, ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπίνης ἰσχύος,
 κατὰ καὶ τοῖς περὶ ἡμῶν εἴρηται. πᾶσι δὲ ὅτι καὶ τὴν
 ἡμῶν ὁμοῖων παρεδέξαμεθα δέσιν, ἢ ἡμῶν ὑποκειμένων
 περὶ ἡμῶν τοῦτο ἀπαρξομένων τὸ δὲ τὸ πλείονος
 ἐφαρμοσθῆναι τόποις, ἢ τοῦ* σωμαναμετρίως πνίξ-
 νον* τὸ δευτέρῳ ὁμοῖον τῷ πρώτῳ καὶ δύσκειτον αὐτῶν τὴν
 διαίρεσιν εἶναι, ἢ καὶ τῷ πολλῶν φυλαχθῆναι τὸ τῆς
 ὅλης θεωρίας σιωπῆς, καὶ μὴ διασπαρῆναι τὸν νοῦν τῆ
 ἡμῶν ἢ διὰ γεγραμμένων ἀρραρέτερον ἡμῶν. πᾶσι καὶ τοῦ-
 το, εἴπου καὶ ἀφελῆσθαι διὰ τὴν τοῦ πρῶτου ἀνάγ-
 κην, ἀλλ' ἔστιν βραχὺ, καὶ οὐδεμίαν ἐαυτῶν χερδὸν πε-
 ρεχόμενον αἰδέσθαι, ταυτοῦ δὲ τοῦτο καὶ ὅτι τ' ἢ διὰ νεο-
 κωθετημένων ἐν ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσιν ἐφυλάξασ-
 μεν. τὰ γὰρ ἐκείναις εἰρημένα, κατὰ τοῦτο τεθῆναι
 τὸ βιβλίον οὐ σιωπηρῶσιν, πᾶσι ὅσον ἐκ τοῦ
 σε τῆς οἰοῦσιν αἰπῶν. Ἐναντίας δὲ τοῖς
 ἄλλοις ἔχοντά πᾶσι νόμον ἡμῶν ὅτι τοῦ βιβλίου τοῦτου
 κειμένων, οὐκ ἀν τις εὖροι ῥαδίως, εἴγε διὰ πάντων
 ἡμῶν τῆς ἐναγνότητος ὅρων διεξελθεῖν σπουδῆσιν. ἀλλ'
 ὅτι π τὸ διάφορον, ὃ περὶ ἡμῶν, ἀλλοιοτέρων ἴσως
 ὅτι ἀ δάτερον ποιῆσιν τὴν τοῦ νόμου δέσιν. Εἰ δὲ καὶ
 π τυχὸν παρῆται ἡμῶν τεθεῖναι* δέοντων (εἰδὸς γὰρ
 καί τι πῶδο συμβῆναι, διὰ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης ἀδελ-
 φείας φύσεως) ἀλλὰ τῷ παντὶ κάλλιον ἀν εἶναι, τοῖς
 ἡμῶν ὑποκρίσει πολλῶν ἀπικλάσθαι κακῶν, τοῦ κα-
 ταλιπεῖν ἴσως ὀλίγα πᾶσι ἡμῶν δοκούτων ὅππῃδε ἡμῶν
 εἰσὶν χερδὸν ἀναειρημένους ἐγκαταρρυμένα τε* καὶ
 ἀποκείμενα καὶ οὐδενὶ χερδὸν ἡμῶν πάντων γνώσεια, πύ-
 του τὸ ἐνεκεν διαλαθόντα ῥαδίως. Τοσούτων δὲ ὄν-
 των ἡμῶν ἐμπροσθεν γεγραμμένων βιβλίων, ἐξ ἐλαττοῦ
 νομοθετῆσιν τε καὶ βιβλίων ἐκρίνετο τὰ ἡμῶν ἐν δικαση-
 ρίαις ἀγῶνων. ἡμῶν μὲν ἐπειδὴ βιβλίων ἡπόρουσιν, ἡμῶν

A dicaimus : nostrumque hunc esse librum , & no-
 strarum constitutionum robur obtinere , ex his quæ in
 proæmio libri differuimus , omnibus notum ac testa-
 tum reliquimus . Sic igitur Romanorum sanctionibus
 in tres libros digestis , nos tanto ac tam difficili opere
 perfecto (quod primo quidem omnem spem atque ex-
 pectationem superabat , & quamvis aliquantò post
 ostendimus rem esse factu haud ita difficilem , minimè
 tamen sperauimus vel decennio toto perfici posse) ab-
 solutoque trium duntaxat annorum celeritate , & hoc
 præmio dicato Domino & Deo nostro qui & tranquillè
 viuere & hostes superare , & leges sancire omni tam
 superiori quàm nostræ & posteriorum ætati dedit , vi-
 sum est faciendum esse , vt nostrum erga omnes stu-
 dium & beneuolentiam ostenderemus : vt posthac ab
 antiquis illis disidiis , colluue , ac legibus infinitis li-
 berati , rectis breuibus & expeditis legibus fruerentur ,
 & quæ litium & controuersiarum compendium præ-
 berent , facileque comparari possent : vt iam ingenti
 pecunia ad inutilium librorum multitudinem compa-
 randam non opus esset , quoniam perexiguò pretio
 tum diuitibus tum pauperibus sui coëmendi copiam
 præberent. Quòd si ne nunc quidem cum hæc ita di-
 gesta sunt & coagmentata , atque ex tot milibus colle-
 cta , deesse aliqua videantur , quæ sint inter se similia (quæ
 tamen perrara fore arbitramur) hi tamen qui rectè om-
 nia & ratione perpendunt , profecto humanam natu-
 ram excusatione ea in re carere non existimabunt. Quod
 enim omni ex parte vitio vacat , id certè solius fuerit
 diuinæ potentia , non autem humanarum virium effi-
 cere : quemadmodum à maioribus etiam nostris dictum
 est. quanquam etiam vbi similia quædam admisimus :
 siue quòd res de quibus agebatur , ita postularent , ac
 necesse esset rem eandem pluribus commemorare lo-
 cis : aut quòd cum aliqua re ita coniuncta essent , quæ
 similia superiori videbantur , neque ideo facilis eorum
 esset separatio : siue quòd ita obseruari totius disputa-
 tionis continuationem oportebat , ne mens legisla-
 toris verborum quorundam amputatione confunderetur ,
 (nisi hoc necessitate exigente alicubi prætermisum est)
 verum ita exigua itaque breuia sunt , vt non facile quis-
 quam possit animaduertere. Quod ipsum in his etiam
 quæ iam olim imperialibus cõstitutionibus sancita fue-
 rant , obseruauimus. Nam quæ his libris adscripta fue-
 rant , ea non permisimus hoc in libro collocari , præter
 ea quæ propter causarum similitudinem quem habent
 inter se , sunt ad finia & cognata. Ceterum leges inter se
 contrarias in his quidem quæ hoc in libro insertæ sunt ,
 nemo facile inuenerit , si modò vniuersas contrariorum
 definitiones percurrat. Quanquam est quidem ali-
 quid diuersum , quod per se sumptum diuersam for-
 tassis in altero facit legis sententiam. Quod si fortasse
 aliquid eorum quæ adscribi oportebat , prætermisum
 est (neque enim alienum id fuerit humanæ naturæ im-
 becillitate) attamen subiectis nostris vtilius fuerit à
 multis incommodis liberari , quàm quædam fortassis
 eaque perpauca relinquere , quæ vtilia quidem vide-
 bantur , sed in infinitis penè milibus librorum defossa
 & congesta , neque cuiquam fortasse nota erāt , ob eam-
 que causam facile latere possent : & quamuis antea
 tam multi extarent scripti libri , tamen ex paucissimis le-
 gislatoribus & libris controuersia disceptabantur , par-
 tim quòd plerique libris carebant , partim quòd labo-
 rem

γνώμην me-
morabilis.

τῶν
ξένων

πδύλων.

τῶν
Flo.

Iura generaliter. Poteft poni exemplum in qualibet fere lege Codicis, quæ certis personis dabatur, vt Vitali, vel alij: tamen sunt generales, quæ enim frequenti indigent & communibus, debent communiter se iurare, sicut vni fuerint data: vt in authen. de here. & Fal. §. j. colla. j. & facit C. de diuer. rescrip. l. j. & hoc si ita scribitur vt sit ius commune. secus si specialiter datur: vt j. ti. j. l. j. sed secundum hoc omnis lex est regula: quia loquitur in pluribus casibus in quibus est eadem æquitas, & de vniuersis hominibus. quod est falsum. sic ergo expone vt dicas, leges non sunt conditæ vt hæc locum habeat in persona huius, illa in persona alterius: & sic de singulis legibus & personis: sed generaliter in omnibus personis sit eiusdem casus responsio. sed excipitur C. de decurionibus. l. neque Dorotheum. lib. x. & C. de episc. & cle. l. quoniam venerabilis. regulæ autem per signa vniuersalia cognoscuntur, affirmatiua vel negatiua, vt patet per omnes regulas iuris: & maxime in l. j. vbi dicit, regula est, quæ rem quæ

Non ambigitur. pone exemplum in petitione hereditatis, quæ est inducta à senatoribus: vt j. de peti. here. l. item veniunt. §. pridie. item in Vell. item in Maced. senatuscon. vt j. ad Vell. l. ij. & j. ad Mace. l. j. item in alio parificatur principi senatus: quia non appellatur à sententia sua: vt j. à qui. ap. non licet. l. j. & intellige de senatu toto: qui senatores centum erant numero. vt C. de peti. hered. l. si. non de quolibet senatore separatim: habet tamen quilibet singulariter sua alia priuilegia: vt j. de sena. per totum. sed an hodie hoc opus possit facere senatus? Respon. secundum Ioan. non sic hodie, nisi princeps permiserit: vt C. eo. l. fin. quæ est contra. vbi dicit quod solus princeps facit legem. item facit ad idem, quia populus omne suum imperium in eum transtulit: vt C. de ve. iur. enu. l. j. §. sed hoc studiosum. Alij dicunt quod hodie potest populus Romanus & senatus eius facere legem: vt hic. nec ob. d. l. si. quia solus imperator potest, id est ipse solus, & nullus alius solus: & reuocare potest populus Romanus quod concessit, sicut & iudex qui delegat, cum sibi proprietates remanserit: vt infra de offic. eius qui man. est in l. j. §. fina. primam laudo, secundum Hug. Accursius.

Neque leges, nomen generale.

Senatusconsulta, nomen speciale.

Scribi possunt. propter humani ingenij exiguitatem. multas enim &c. vt C. de ve. iur. enuc. l. ij. §. sed quia. vel propter nimiam negotiorum mutabilitatem: vt infra de vsur. l. mora. in princip. vel propter hominum fidelitatem incognitam: vt infra de testa. l. iij. §. ideoque. ibi, tu magis &c. vel propter delictorum multipliciter: vt infra de extraor. cri. l. pen. §. sunt quædam. & ideo &c. & sic continua l. sequen. quæ ex superiori infertur: & exigit exempla pro se & pro ea. dic ergo ex his quæ constituuntur, id est accidit de nouo: vt ita hæc lex loquatur quado dubitatio euenit super nouo facto: & sequens l.

VIII. VLP IANVS libro tertio ad Sabinum.

Iura non in singulas personas, sed generaliter a constituantur.

IX. IDEM libro sexto decimo ad Edictum.

Non ambigitur b Senatium ius facere posse.

X. VLP IANVS libro quinquagesimo nono Digestorum.

Neque leges c neque senatusconsulta d ita scribi possunt, e vt omnes casus qui quandoque inciderint, comprehendantur: sed sufficit & ea quæ plerunque accidunt, contineri.

XI. IDEM libro nonagesimo Digestorum.

Et ideo de his quæ primò constituantur: aut interpretatione, aut constitutione

non possunt. quando dubitatio est in veteri facto, non tamen adhuc lege determinato, secundum Ioan. vel melius contra, constituitur. propriè sumitur, cum dubitatur in verbis legis, lex autem sequens. si non possunt. loquitur cum dubitatur de facto nouo quod non est in lege: & quod dicit, aut interpretatione. s. iudicis: vt ita iudex interpretetur legem. & facit. C. de episc. aud. l. si lenones. vel dic, interpretatione iuriconsulti, auctoritate aut constitutione. s. principis.

optimi principis certius statuendum est.

XII. IDEM libro decimo quinto Digestorum.

Non possunt omnes articuli singillatim aut legibus aut senatusconsultis comprehendi: sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet.

XIII. VLP IANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

Nam, vt ait Pedius, quousque aliquid vnum vel alterum introductum est, bona occasio est, cætera quæ tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certè iurisdictione suppleri.

risconsultum auctoritate principis, vel per principem fieret interpretatio, vt esset lex necessaria & probabilis, & ab omnibus obseruanda: vt euenit in questionibus si sunt contrariæ opinioniones doctorum, quæ sunt super verbis legis: vt hic, dos à patre profec. &c. vt C. sol. ma. l. dos. & facit ad hanc l. C. noua. vec. l. non solent.

Non possunt. Pone exemplum in veteri iure statutum est enim, quod si familia seruorum alicuius fecerit furtum, liberetur dominus semel emendando furtum, ne tota familia careat. idem ius trahitur si dedit damnum: vt. infra ad legem Aquil. l. illud. Item pone exemplum: vt infra de negot. gest. l. ex facto. in fine. Item pone in iure nouo: vt C. de inoffic. don. l. precibus. ibi dicitur querelam inoffic. do. trahi. etiam ad intestatos. Item pone exemplum. C. de constitu. pecu. l. fin. & prout trahitur ad ius vetus, refertur ad id, quod dicitur sequen. l. interpretatione, s. iuriconsulti. Prout de nouo dixi, refertur ad iura Codicis: vt dicas iurisdictione, scilicet principis: vt princeps dicat ius ad hoc porrigendum, vel prorsus nouum statuendum: vt infra de ventre inspi. l. j. in principio. Ioan. tamen dicit interpretatione, scilicet iudicum in iudicio. hæc est vera, & sic prima exempla non valent. sed pone in patre, vt possit obligare filium pro fame: licet de venditione lex tantum dicat. hic eadem prorogatio quæ fit ex iure scripto, fit etiam ex iure non scripto ad non scriptum: vt C. quæ sit long. consue. l. j. Et vt hæc sint plana, distingue: cum dubitatio in iudicio contingit: aut super aliquo nouo negotio, aut super lege aliqua: si super negotio, dominus imperator est consulendus, si tamen præsens sit, & eius sit copia: vt C. eo. l. humanum. & de vete. iur. enu. l. j. §. sed quia diuinæ. & j. de fideicomms. liber. l. hoc itaque. & argu. C. de iud. l. fina. in princip. ibi, ne forsitan &c. si autem non sit eius copia, procedam de similibus ad similia: vt hic. si verò super lege, vt dos à patre profecta &c. si quidem ex consuetudine certo modo est intellecta, eius intellectui stabitur: vt infra eod. l. minimè. & l. si de interpretatione, quod si ex consuetudine expositio non est certificata: recurritur, vt dictum est, ad principem, si sit eius copia: vt C. eod. l. cum de nouo. & supra eodem. l. & ideo. & infra eo. l. nam. ibi, vel certè iurisdictione &c. alioquin interpretatorum benigniorem partem: vt infra eodem. l. benignius. & l. in ambigua. sed si dubitatur quæ sit benignior pars, verborum significationi stabo: vt infra de condi. & demonst. l. Publius. §. j. quanquam videtur primo standum significationi verborum: vt infra de legat. iij. l. non aliter. in principio. Tertio procedam de similibus ad similia: vt s. cod. l. neque leges. Accursius.

Eorum, id est legum vel senatusconsult. vel dic articulorum.

Nam vt ait. Suppleri. procedendo de similibus ad similia: vt infra de regu. iur. l. quod contra. & l. quæ propter. & de

Principes & senatus parificantur.

Dubitatio in iudicio emittitur, quæ non est in iudicio.

& de lega. l. si domus §. cum alicui.

Q uod vero. Hanc continua cum duabus superioribus legibus. bene dico statutum esse procedendum de similibus ad similia: veruntamen quod contra. & c. & pone exemplum in muliere, quæ habet privilegium vt omnibus præferatur: quod suo hereditatem non datur: nisi filio: vt C. qui po. in pign. ha. l. h. in hac. & C. de pri. do. l. j. Item pone exemplum vt infra titu. j. l. j. Item pone exemplum in patre qui vendidit filij causa necessitatis: non tamen trahitur vt filius possit vendere patrem: vt C. de pat. qui si. dif. l. j. Sed nonne quod dicitur Codice de fur. l. si quis seruo. licet sit contra regulas iuris communis, etiam ad filium trahitur: Respond. sic: quia lex dicit: vt infra de seruo cor. l. vt tantum. §. j.

Hic per- tinet vide- re. l. si sub. j. de reg. ur.

XIII. PAVLVS libro quarto ad Edictum.

Q uod vero contra rationem iuris receptum non est producendum ad consequentias.

XV. IULIANVS libro vicesimo-septimo Digestorum.

I n his quæ contra rationem iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam iuris.

XVI. PAVLVS libro singulari de iure singulari.

I vs singulare est, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem auctoritate constituentium introductum est.

XVII. CELSVS libro vicesimo-sexto Digestorum.

S cire leges non hoc est, verba earum tenere, sed vim ac potestatem.

XVIII. IDEM libro vicesimo nono Digestorum.

B enignius leges interpretandæ sunt, quò voluntas earum conseruetur.

XIX. IDEM libro trigesimo tertio Digestorum.

I n traditionem. fallit in minoribus: vt j. de reb. eo. l. j. Item regula est, non committi furtum, nisi invito domino. quandoque contra: vt C. de fur. l. si quis seruo. dicentur ergo esse specialia talia statuta.

I vs singulare. Pone exemplum. propter communem vtilitatem statutum est à senatoribus, qui habent auctoritatem (vt supra. e. l. non ambigitur) mulieres intercedentes non teneri, quod est contra ius commune: vt infra ad velle. l. j. Item possunt poni exempla superioris legis, & alterius. quòd verò. tamen ad aliud ibi inducuntur quàm hic. nam in l. quod verò. inducuntur quòd non trahantur talia statuta ad consimilia: in alia quia in talibus non possumus sequi regulam iuris communis: vnde sit speciale. hic autem vt denoter differentiam inter ius commune, & ius singulare.

S cire leges. hic pro vere scire ponitur, vt falli non possit: alias pro vehementi opinione, vt possit falli: vt infra de aqua plu. ar. l. ij. §. antepenult. & pone exemplum: cauerit in iure, quòd manu missio ad seruos, emancipatio ad filios pertineat: vt infra quando de pec. ac. an. est. l. j. §. merito. Ibi tria attendes. verba. item sensum proprium qui ibi est, qui dicitur vis. item potestatem, quæ est, vt quandoque aliter sumantur dicta verba: vt infra de officio proconsulis. l. ij. in fine. item pone exemplum vt infra ad Macedon. l. j. vbi dicit quòd mutua pecunia filiis familias non detur, & ibi tria attendes. verba, & vim, id est proprium sensum: & potestatem, quæ est vt verbum mutuum, etiam ad alios contractus in fraudem factos trahatur: item pecunia prorogetur etiam ad alia quæ mutantur, si in fraudem fiat: vt eodem titu. l. iij. §. is autem solus. & l. item si filiusfamil. §. mutui. & facit ad hanc l. Codice. de libe. præte. l. iij. & xxxviij. distinet. can. omnes. & canone. sedulo. in glo. sententias. & j. quæstio. j. ca. Marcion. Item no. quòd vis, siue potestas, aliter accipitur supra eodem. l. legis virtus.

B enignius. Duobus modis exponere. primò benignius, quàm verba patiuntur & tunc pone exemplum: Prohibetur alienatio: certè & etiam vltus fructus & pignoris constitutio prohiberi videtur, licet nõ sit alienatio: vt Cod. de rebus alienis. l. hinc. & de fun. do. l. j. Secundo impropiè, id est benignius.

A gne: & pone exemplum sicut ponitur C. de nat. libe. l. nuper. vbi interpretatur superiorem l. cum quis. in eo qui concubinam accipit in vxorem. nã filij prius geniti legitimi efficiuntur, si alij postea nascuntur: interpretor, vel etiam si non nascantur, vel nati moriantur.

a Bald. hic commendat glo. ad hoc.

I n ambigua & voce legis ea potius accipienda est significatio, quæ vitio caret: præsertim cum etiam voluntas legis ex hoc colligi potest.

XX. IULIANVS libro quinquagesimo quinto Digestorum.

N on omnium maioribus constituta sunt ratio reddi potest:

XXI. NERATIUS libro sexto Membranarum.

E t ideo rationes eorum quæ constituuntur, inquiri non oportet: alioquin multa ex his quæ certa sunt, subuertuntur.

XXII. VLPIANVS libro trigesimo quinto ad Edictum.

C um lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat.

XXIII. PAVLVS libro quarto ad Plautium.

M inimè sunt mutanda quæ interpretatiorem certam semper habuerunt.

XXIII. CELSVS libro nono Digestorum.

nunt exemplum quare tutorem habenti tutor dari non potest, sed curatorem habenti sic: vt institut. de curato. §. interdum. sed certè hæc potest ratio reddi: quia tutoris potestas plenior est, & ideo superueniens tutor, cum & ipse vellet similem plenitudinem potestatis, inuenit occupatam: at curatoris potestas circa personam minoris non est tanta: vt patet infra de app. l. cum in vna. §. tutor. tu ergo da exemplum quare in vsucapione statuitur triennium, & non biennium, vel quadriennium: & non potest ratio reddi. nec ob, si dicas hanc esse rationem, quia visum est sufficere tantum tempus: quia idem de biennio dici potuisset. ratio enim debet esse talis, quæ sit generalis & necessaria: & vbiunque ratio locum habeat, & lex: vt Codice de interd. l. j. & infra ad leg. Aquil. l. illud. in principio & infra de fonte. l. j. §. hoc interdictum. & infra de bono. poss. ex testa. mili. l. j. & talis ratio non potest semper reddi, vt hic: quia quandoque habet locum ratio, & non lex, vbi excusatur filius qui sibi legatum adscripsit, quia ex voluntate testatoris fecit: hæc ratio & in extraneo haberet locum. lex tamen ad extraneum non extenditur: vt infra ad legem Corne. de fal. l. filius. & l. j. §. inter filium. contra lex habet locum, & non ratio: vt infra qui & quibus. lege. prospexit. & infra de postu. l. j. §. secundo loco. verficu. sexum. A D D I T O. Dic quòd ibi erat causa impulsiva: aliàs locum habet finalis ratio. l. simile. & lex: vt lege prima infra de fonte. & lege illud. ad legem Aquil. secundum Paul. hic.

E t ideo rationes. Subuertuntur. si dicas nil valere, quia non habent sufficientem rationem: vt in præmissis patent exemplis. Accurrit.

C um lex. Quidam dicunt huius legis exemplum non reperiri: tu dic conuerti literam, cum lex in futurum vetat, in præteritum indulget: vt C. eo. l. leges & constitutiones, & est exemplum. C. de nal. l. diui vel dic directò calum, & leges rectè: vt C. de ge. abo. l. ij. & secundum hunc casum dic, lex, id est imperator, qui est lex animata in terris. in authen. de consul. in fi. colla. iij.

M inimè. Pone casum, vt Cod. de epi. audien. l. si tenones. in glossa prima. item in testibus, qui præsentate parte debent recipi: vt Codice. de testibus. l. si quando. quod semper fuit

I n ambigua. id est obscura. Pone exemplum in verbo, peruenire, ambiguo: vt infra de petito. heredita. l. virum. Sed quid differt hæc à superiori l. benignius? Respond. superior intelligitur cum interpretatio est necessaria propter obscuritatem, non propter multipliciter: hæc autem quando propter multipliciter est ambiguitas: vt quia verbum multos habet sensus. vel ibi in toto: hic in verbo. Item potest poni in rescriptis benignè interpretandis: vt Codice de inoffic. testa. l. si quando. in principi. & facit infra de regulis iur. l. semper in dubiis. & l. quorrens. & Codice de fidei. commif. libert. l. cum inter veteres. Accurrit.

a Bald. hic commendat glo. ad hoc. b si quis inuinauerit concubinam vxoris: filij ante nati legitimumantur. & etiã generati, licet non nati. c si quis concubinam accipit vxoris: legittimantur filij etiã generati: non dum nati. d quibus alij non nascuntur, vel nati moriantur: non autem fundet in nominatione. prout Bald. hic voluit. Bol. In hanc sententiam Plato dialo. est: quia eorum quæ i. de legib. viua ratione statuuntur, ratio reddi potest. Alij, vt Io. postulat. cap. 6. & Pitarich. ex Apophtheg.

Furtum committitur quandoque volente domino.

per fuit obseruatum in iuramento, non in dicto, quod debent dicere in secreto. quidam tamen dicunt, quod etiam in aperto dicunt: sed non poterunt postea plures testes produci, cum didicerint testificata: vt in authenticis, de testi. §. quia vero. collat. vij. item pone exemplum vt infra de diuers. & tem. pra. l. in omnibus. in principio. sed nunquid nouum sensum licebit proponere? Respond. licet, secundum Ioannem. hic enim loquitur cum semper sic est intellecta, vt ex hoc intellectu induceretur consuetudo, id est vt de cetero sic super ea iudicaretur. Item potest poni exemplum in illa l. dos a patre. C. soluto matrimonio.

In ciuile potest poni exemplum in lege quae legitur, item in lege. id est conuentione scripta: quod vtrumque totum debet legi, si totum de eadem materia loquatur: vt infra de eden. l. argentarius. §. edi. nam plerumque principium per sine corrigitur: vt infra si certum petatur. l. si tibi. Item & si plures sint coniunctae leges, idem est, propter eandem rationem: vt infra si ex noxalibus causis agatur. l. j. in fine. & l. j.

Nulla iuris ratio, aut aequitatis benignitas patitur, vt quae salubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriori interpretatione contra ipsorum commodum producimus ad seueritatem. Lex praecedens determinatur per sequentem. h. d. cum duabus sequentibus. Bar.

Ideo, quia antiquiores leges ad posteriores trahi videntur: & semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, vt ad eas quoque personas, & ad eas res pertineant, quae quandoque si-

In ciuile est, nisi tota lege perspecta, vna aliqua particula eius proposita iudicare vel respondere.

Illud quod est in fauorem, non retorquetur in odium.
 xxv. **M**ODESTINVS libro octauo Responsorum.

Nulla iuris ratio, aut aequitatis benignitas patitur, vt quae salubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriori interpretatione contra ipsorum commodum producimus ad seueritatem.

Lex praecedens determinatur per sequentem. h. d. cum duabus sequentibus. Bar.

xxvi. **P**AVLVS libro quarto Quaestionum.

Non est nouum, vt priores leges ad posteriores trahantur.

xxvii. **T**ERTYLLIANVS libro primo Quaestionum.

Ideo, quia antiquiores leges ad posteriores trahi videntur: & semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, vt ad eas quoque personas, & ad eas res pertineant, quae quandoque si-

sic trahantur, non est nouum. **I** Deo. *Vsitum est.* locus est à communiter accidentibus, & quod subiicit, & semper quasi hoc &c. pertinet ad id quod modo dixit supplendo: & da duo exempla. Primum qualiter lex pertineat ad similes personas: vt Macedon. statutum in filiis, & ad nepotes trahatur: vt infra ad senatus. con. Mace. l. filium. & ad idem facit infra de donatio. inter virum & vxorem. l. iij. §. qui in eisdem. item qualiter ad similes res, vt Macedon. statutum in pecunia. trahatur etiam ad alia familia, si in fraudem dentur: vt infra ad Maced. l. item si §. mutui. quod autem dixi veteres ad nouas trahi, idem est econtra, vt nouae ad veteres trahantur, non tribus modis, sed vno modo, scilicet determinando, & da exemplum C. de lit. con. test. authen. offeratur. vbi simpliciter dicitur satisfdari iudicio nisi. sed infra qui satisfda. cog. l. sciendum. in princip. distinguitur, si non est possessio immobilium. & facit ad hoc in authen. de filiis ante do. in. stru. natus. in fin. colla. iij. vbi dicit, oportet ea quae per interpretationem adiecta sunt, in his valere in quibus est locus interpretatis legibus. Alij dicunt, vt lo. quod haec lex, sed & posteriores. idem dicit quod superior, non est nouum.

xxviii. **P**AVLVS libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.

Sed & posteriores leges ad priores pertinent, nisi contrariae sint: idque multis argumentis probatur.

xxix. **I**DEM libro singulari ad legem Cinciam.

Contra legem facit, qui id facit quod lex prohibet: & in fraudem vero, qui saluis verbis legis, sententiam eius circumuenit.

xxx. **V**LPIANVS libro quarto ad Edictum.

Fraus enim legi fit, vbi quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit: & quod distat h. *ἐν τὴν ἀπὸ διαφοράς*, hoc distat fraus ab eo quod contra legem fit.

xxxi. **I**DEM libro decimo tertio ad legem Iuliam & Papiam.

Priniceps legibus solutus est. Augusta autem licet legibus soluta non est, principes tamen eadem illi privilegia tribuunt, quae & ipsi habent.

sed adicit illud, quod multis argumentis & exemplis probatur. Accursius.

Ed & posteriores. quasi dicat non solum priores: sed econtra posteriores ad priores. Accursius.

Pertinent. scilicet vt per eas posteriores corrigantur & determinentur, & suppleantur.

Contra, Prohibet. scilicet expressim: vt si vendatur res minoris sine decreto: quod expresse prohibet lex: vt j. de re. eo. l. j. talis facit contra verba & contra sententiam legis: & est alius qui tantum sententiam offendit, & verba reseruat: vt hic, & infra l. proximi. de quo sumas exempla in hac distinctione. fit fraus legi quandoque de re ad rem: vt si quis det filiofam. aliud quam pecuniam mutuo: vt infra ad Macedo. litem si filiusfamilias §. mutui. quandoque de persona ad personam: vt si vir volens donare vxori, supponat alium qui donec: vt infra de dona. inter vi. & vxor. l. si sponsus. in princip. quandoque de vno contractu ad alium contractum: vt si vir volens vxori donare, commentus sit venditionem in fraudem legis: vt infra de dona. inter virum & vxorem. l. si sponsus. §. circa. quandoque de vno contractu ad eundem contractum: sed non eodem modo faciendum, vt si mulier volens intercedere, colorem quaesuit, & conuenit vt cum ipsa potius contraheretur: vt infra ad Vell. l. quamuis. §. si cum essem. Sed ad verba tantum offendere liceat? Respond. sic, vt arg. infra de iure pa. l. adigere. §. quamuis. & infra de in ius vo. l. quamuis. in fin. & infra de iure iuran. l. sed & si possessori. §. item si iurauero. item facit C. de inoffic. testa. l. fratres. vbi beneficium pro maleficio sumitur. item C. de adul. l. eum qui. vbi vxor dicitur etiam quae non est vxor. & dic vt not. C. de le. & con. l. non dubium. Accursius.

Fraus. Distat. id est verbum ab intellectu, vel sententia.

Priniceps legibus. ab alio constituitur: vt j. de arbi. l. nam & magistratus. vel a seipso. vt j. de arbi. l. pe. voluntate tamen sua seipsum subiicit vt C. e. l. digna & in l. quibus mod. test. in fin. & facit C. de testa. l. hac constitutissima. §. ex imperfecto. & C. de bo. qua. lib. l. cum multa. & infra de leg. iij. l. ex imperfecto

a Tu dic me luis secundum Dy. qd ibi prim legum non fuit in simibus concessio: sed vitra processit.

b Id est lincitur. Pan.

*clmno
supplic
no. ju
eo. l. q
vero i
gl. fca
la. Ba
† i. d. d.
senten
Buden
sue pr
a men
concep
† Hoc
clmno
pretat
Arifh
Pol. qd*

fecto. & in decret. distia. viij. c. quæ contra. sed quod dicit de Augusti, quod habet idem privilegium, est contra infra de leg. ij. l. quod princip. & l. seq. sed dic quod omnia illa quæ viris tantum conveniunt, sibi non dat, cum sic in aliis foeminiis præcipiat: vt C. de arbi. l. fin. non ergo sibi dat potestatem condendi leges. Item quæ sunt habitia mulieris, concedit: vt hic. sed non omnia secundum loaa. vt in l. contraria. vel dic quod legatam relictam principi, fuit ibi caducum, vel quali: relictum augustinus fuit pro non scripto. Sed quæ privilegia tribuit princeps augustus? Respond. quæ fito: vt infra de iure sit. l. f. f. i. c. j. in fine. & l. sequen. est ergo immunis à præstatione vefligalium, vt infra de publica. locatio. §. f. f. i. c. s. Item alia habet: vt cod. de præpo. fa. cubicu. l. cubicularios. libro duodecimo. & Codice. de quadrien. præscript. l. vltima. §. ij.

Consuetudo in casibus non decisus habet potestatem mutandi leges. in casibus decisus habet virtutem corrigendi & interpretandi: quia cum procedant à consensu, & sic à pari potentia descendant, debent esse æqualis effectus. hoc dicit cum lege. Si de interpretatione, & lege sequenti. Dividitur in duas partes principales. Primo ponit effectum consuetudinis circa casum lege non decisum: secundo effectum circa casum lege decisum: quia lex per contrariam consuetudinem tollitur. secunda ibi, quare. Item prima subdividitur in tres. Primo ponit dictum bmembre: vsque ibi, inueterata. ibi ponitur ratio dicti: vsque ibi, nam cum. ibi ratio rationis vsque ad versic. quare.

XXXII. IULIANVS libro nonagesimoquarto Digestorum.

DE quibus causis scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet, quod moribus & consuetudine inductum est. Et si qua in re hoc deficeret, tunc quod proximum & consequens ei est. si nec id quidem appareat: tunc ius quo urbs Roma utitur, servari oportet. Inueterata consuetudo pro lege non im-

quodam: vt argumen. infra de aqua pluvia arcen. l. j. in fine. & infra de aqua quotidi. & æsti. l. hoc iure. §. ductus. & C. quæ sit longa consue. l. consuetudinis. ibi, longæ cum longæuum sit. annorum: vt C. de sac. san. eccle. l. v. sed lo. contra. dicit enim. x. an. b. quod patet ex rub. hic. & C. eod. vbi dicitur longa. longum autem dicitur decennium: vt institu. de vsucap. in principio. Item facit quod dicitur infra l. proxima, diuturna. cum du dicatur decennium: vt infra qui & à quib. l. si cum fideicommissa. §. Aristo. sed qualiter decennio consuetudo introducit? Respon. si bis fuerit iudicatum in illo tempore: vel libellum, vel querimoniam propositam contra talem consuetudinem spreuerit iudex: vt infra eod. l. cum de consuetudine. & C. de episc. audi. l. nemo. in fine. & infra eod. l. nam imperator. sed secundum hoc etiam exemplis iudicatur. Sed contra. Co. de sen. l. nemo. sed dic non exemplis, sed consuetudine quæ per exempla probatur, & etiam per decennium: vt si potestas bis iudicavit concilio conuocato eo animo, vt sit consuetudo deinceps. vel non exemplis male iudicatis: sed benefic. Vel dic, non exemplis vnus, sed multorum. Accur-

l. ista opinio communiter sequuntur doct.

c. Melius dicitur gl. m. dicitur. P.

Longa consuetudo habet vim legis, maxime si in contradictorio iudicio sit opposita. & sumit vigorem ex tacita populi conventionione. & non est necesse quod redigatur in scriptis. & legem interpretatur cum de legu. intel. l. dubitatur. & omnia prædicta obtinent, nisi consuetudo sit erronea. hoc dicit vsque ad legem ergo. Bartolus.

XXXIII. VLP IANVS libro primo de officio proconsulis.

Consuetudo, scilicet Romanorum. Suffragio. id est consensu in scriptis redacto. Ioannes. Factus. id est consuetudine. quati dicat, nihil interest. & no. duo bona similia: vt infra de ædil. edic. l. si tamen. §. ei. & infra de his qui nor. mfa. l. ij. §. ignominia. sed certè quandoque multum interest, quidam enim sunt qui declarant voluntatem suam rebus, & factis, & verbis: vt summi magistratus. quidam verbis tantum: vt municipales: vt infra de offic. eius cui man. est iurisdic. l. j. & de iurisdic. omni. iudi. l. magistratibus. quidam rebus & factis tantum, & non verbis: vt quilibet contra seipsum: vt infra de arbit. l. pe. & infra si quis cautio. l. ij. §. si quis tamen. Abrogentur. Not. per duo corrigi legem. Primò per aliam legem: & hoc planum est. Secundo per consuetudine: vt institut. du iure natu. §. pen. sed contra in hoc secundo. Cod. que sit longa consuetu. l. ij. Solu. distingue, aut est consuetudo generalis: & tunc generaliter vincit legem: vt hic. aut est specialis: & tunc vincit specialiter: vt infra communia præ. l. venditor. §. si constat. & infra quod cuiusque vni. l. item. j. respon. in gloss. vel perpetua non generaliter: vt C. e. l. ij. quæ est contra & hæc est vera, si consuetudo sequitur legem. nam si præcedat, vincitur à lege: vt infra de sepul. vio. l. ij. §. diuus. in glo. sepelin. & hoc quando contra legem est consuetudo ex certa scientia: secus si per errorem: vt infra eodem. titu. l. quod non ratione. & in authen. vt nulli. iudi. §. j. collat. ix. si tamen non est expresse à iure inhibita: vt Co. de vturis. l. eos. §. ceteros. in fine. & ibi gloss. Item si est secundum legem, vel saltem non contra, valet: vt in hac lege. & hoc secundum Ioan. Alij vt P. & Irne. dixerunt hanc ad illam trahi, cum huius legis tempore populus habebat potestatem condendi leges: vnde per eius contrariam consuetudinem abrogabantur. hodie per principem tantum fit vtrumque. item alij distinguunt: an sit talis lex cui possit derogari per pactum: & tunc consuetudo eam vincet: vt hic. aut non: & tunc non vincet, vt ibi. quæ autem sint leges quibus possit vel non possit per pactum derogari, dicitur C. de pactis. l. si quis in conscribenda. in gloss. Io. Alij etiam distinxerunt: aut est lex consuetudine approbata: & tunc ipsa lex vincet: vt ibi. aut non: & tunc consuetudo vincet: vt hic.

*d Tu dic hoc no dicitur in text. in si. sed dicitur, per desuetudine. secundum P. & la. e Hanc pri ma solu. communiter tenent doct. reiectis aliis que ponuntur circa si. gl. in ver. alij: vt P. vsq. ad si. P. & la. * id est in loco in quo est.*

Admate rite legu. ad de. q. licet conuenit si seruata, tamen si sit introducta contra solam matie alienationis, reiectis aliis, no valet ita affirmare lo. Haber & scribitis in autie hoc us porre dition. C. de sac. an ecclesis. & in an. Præte res conu. i. Consuetudo tra habet spoua. Ad hoc be ne facti ter. in c. in h. m. dt. g. ca. ge nerali. de eccl. m. 6. & in ca. ex t. ter. de casuo. a. i. iud. ex plan gloss. non est b. nu. quatu vtrq. est casu consue talim. q. nec mior. nec scera potest in feudo succedere in c. in lib. feudu an nu. vel ali. ter imperfe ctus. l. as.

u dicabimus secundum consuetudinem urbis Romæ. Secundo dicit, quod consuetudo urbis Romæ seruat pro lege. quod sic probat. Nam cum ipsæ leges Ro. seruentur ab omnibus: ergo & consuetudo. & est ratio, quia tantum valet consuetudo Romanorum non scripta, quantum lex scripta. Nam & consuetudo vincit legem, sicut vna lex vincit aliam. Viuianus. De quibus causis. vt de feudis. Et not. tria. Primò quod debet seruari consuetudo loci illius vbi agitur. Secundo, si hoc deficit, tunc debet seruari consuetudo quæ est similis in facto, vt hic, & Co. quæ sit longa consuetudo. l. j. Tertiò, consuetudo urbis Romæ: vt hic. & C. de veter. iur. enu. l. j. prope finem. & institut. de fidei. in fine. & potest poni exemplum statutum est in consuetudine feudi, vt si vassalli filius mancus fuerit, non succedat in feudum: quia domino seruire non potest. sic ergo erit si erit aliis debilitatus. Item si de consuetudine non admittitur monachus, idem erit in regulari canonico. Item si admittitur filius vt succedat patri in feudum, idem erat vt succedat matri. Item si non admittitur mulier, idem erit de hermaphrodito si sexus muliebris inualefeat: vt infra de stat. hominum. l. queritur. His modis trahitur non scriptum ius ad non scriptum, de similibus ad similia. trahitur etiam quandoque scriptum ad non scriptum: vt sic ut usufructuario cedit incrementum alluionis, sic cedat emphiteucario: vt infra de usufructu. l. item si fundi. §. sed si. versicu. huic. Item scriptum ad scriptum: vt diximus supra eodem. l. non possunt. Item non scriptum, ad scriptum ius: vt C. de episc. aud. l. si lenones. & not. hic ar. pro nobis. his enim temporibus tantam habebat potestatem populus Romanus secundum omnes, quantum hodie princeps: sed olim prius spectabatur consuetudo alicuius loci quam Roma: ergo & hodie: & sic magis quam lex scripta, ergo consuetudo particularis alicuius municipij derogat legi in eo municipio: vt infra com. præ. l. venditor. §. si constat. **V**temur. quia non habemus: & certè idem si habemus, sed non sunt in vsu: vt in fine legis. **F**r. pro id est. **T**uncus. id est consuetudo. **E** inueterata. scilicet cuius non extat memoria, secundum ff. Vetus.

D *Interna*. scilicet decem vel viginti annorum : ut diximus supra lege proxi. sed quæ est differentia inter hanc & eam? Respon. supra dixerat consuetudinem seruari: hic determinat de ea quæ est longa. vel aliter. Supra loquitur de his casibus de quibus nihil omnino in iure est: hic de his de quibus lex tractat: vt de locatione. casus tamen euenit lege non determinatus: vt est in hac ciuitate. nam secundum consuetudinem soluitur medietas pensionis in festo omnium sanctorum: in natali alia medietas: & inducitur consuetudo per duas sententias lata intra decem annos. Item quia perpetuo sic est obtentum sine contradictione: vt quia clerici vendunt res Ecclesie sine decreto episcopi: vt infra eodem. l. si de interpretatione. Item quia libelli querimoniarum de talibus non fuerunt recepti: vt in l. cum de consuetudine.

† Facit ad hanc l. c. cum in tua. cum glo. de consuet. lib. 6.

D *Interna* 1^a consuetudo pro iure & lege in his quæ non ex scripto descendunt, obseruari solet.

XXXIII. IDEM libro quarto de offi. Procon.

C *Um* de consuetudine ciuitatis vel prouinciæ confidere quis videtur: primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradic^{to} aliquando iudicio consuetudo firmata sit.^c

XXXV. HERMOGENIANVS libro primo iuris Epitomarum.

S *Ed* & ea quæ longad consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos obseruata, velut tacita ciuili conuentio, non minus quam ea quæ scripta sunt iura seruantur.†

XXXVI. PAVLVS libro septimo ad Sabinum.

I *mmo* magnæ auctoritatis hoc ius habetur quod in tantum probatum est, vt nõ fuerit necesse scripto id comprehendere.

XXXVII. IDEM libro primo Questionum.

S *ide* interpretatione legis squærat, in primis inspiciendum est quo iure ciuitas retro in eiusmodi casibus vsa fuit.^e Optima enim est legum interpres consuetudo.

XXXVIII. CALLISTRATVS libro primo Questionum.

N *am* imperator noster Seuerus rescriptit, in ambiguitatibus quæ ex legibus^f proficiscuntur, consuetudinem, aut rerum perpetuam.

^c Firmata sit. supple vel non sit firmata.

^d *Ed* ea quæ longa. videndum dixi an non sit firmata: tunc enim non tenebit. sed si longo tempore sit obtenta, firmata videtur, & pro iure seruat.

^e *l* de interpretatione. vsa sunt. vt ita deinceps vtatur: & ponit in hac & sequenti l. exempla quæ habuimus supra e. l. minimè. Et de hac interpretatione dicas: quia quandoque consuetudo interpretatur legem, vt hic, quandoque iudex: vt supra eo. l. & ideo. & l. nam vt ait, quandoque magister: vt C. de profess. qui in vrbe Con. l. j. & infra si certum pet. l. j. in principio. quæ omnia sunt contra. C. eo. l. j. & in authent. de rapt. mu. in princip. col. viij. Sed dic interpretatio consuetudinis est probabilis & necessaria, non in scriptis redigenda: vt s. eod. l. imò magistri verò probabilis, non necessaria, nec in scriptis redigenda, nisi ad memoriam. Iudicis autem interpretatio est in scriptis redigenda: quia siue scriptis sententia non valet: vt C. de senten. ex breui. re. l. ij. sed principis interpretatio est necessaria, & in scriptis redigenda, & generalis: vt C. eo. l. j. & ij.

^f *N* *am* imperator. Ex legibus. id est ex verbis. l. Perpetuo. i. est decenio sic. ergo exemplis iudicatur. Sed contra. C. de sen. l. nemo. So. vt supra ea. lege de quibus. diximus in illa gloss. cuius non extat memoria. h. *similiter*. id est in eundem modum prolatarum.

^g *similiter* h. iudicaturum auctoritatem, vim legis obtinere debere.

XXXIX. CELSVS libro vicenotertio Digestorum.

Q *uod* non ratione iⁱntroductum, sed errore primū, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet.

XI. MODESTINVS libro primo Regularum.

E *rgo* omne ius aut consensu fecit, aut necessitas^l constituit, aut firmavit consuetudo.

XLI. VLPIANVS libro secundo Institutionum.

T *otum* autem ius constitit aut in acquirendo,^m aut in conseruando,ⁿ aut in minuendo.^o Aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cuiusque P fiat: aut quemadmodum quis rem vel ius suum conseruet,^q aut quomodo alienet^r aut amittat.^s

C DE CONSTITVTIONIBUS principum.*†
TITVLVS IIII.

Principum placita, animo ius condendi facta, habent vim legis generalis: nisi sint facta ad certas personas: quia tunc personas non egrediuntur. hoc dicit vsque ad finem. Bart.

I. VLPIANVS libro primo Institutionum.



Q *uod* Principi placuit, legis habet vigorem: utpote cū lege regia,^u quæ de

^D *con.* & plebisc. quæ sunt per consensum populi & necessitas, vt leges principum, quas necessario scire debemus: vt C. eo. l. penult. Item ao. quod hic de iure naturali non facit mentionem. Accursius.

^m *T* *otum*. Acquirendo. siue dominium, siue possessionem, siue ius aliquod.

ⁿ *In conseruando*, scilicet dominium, vel possessionem, vel ius quod in nobis est, id est nostrum est.

^o *In minuendo*, scilicet quod habemus.

^p *Cuiusque fiat*, quantum ad acquirendum.

^q *Conseruet*, scilicet retinendo.

^r *Alienet*, scilicet transferendo in alium.

^s *Amittat*, vt si habeat pro derelicto.

DE CONSTITVTIONIBVS principVM.

Generaliter de legibus dixerat, nunc specialiter de legibus tantum imperatorum.



Q *uod* principi placuit, vt esset ius generale & cōmune. nam si placeret ei concedere, non est lex. Regia. lata ab Hortensio mirabili oratore: vt s. de origine iur. l. ij. §. deinde cum esset. sed de populo & plebe ibi dicit, dic ergo hic regia. id est regali.

Imperio.

Exemplum quodam iudicium

* Quod

de iusti. & iu. d. i. de iure gentium & ciui. & in hoc titulo supra eod. l. de quibus. cum sequentibus legibus, dixerat de consuetudine: infero, ergo & c. & scietia quod dicit, consensus, scilicet ciuili, vt sit ius ciuile. l. Necessitas. id est ius gentium, quod per hominum necessitatem est inductum: vt in l. de iure natu. §. ius autem. Vel dic, consensus, vt lex & senatus: vel magis quædam cōstituta sunt in vrbe: in p. ma. super ho. dicitur mensura.

85

a Imperia. transferenda de populo ad principem.
b Et. id est ad eius honorem.
c In eum. id est ad eius onus, vt sustineat onus condendi iura.
d Imperium. merum & mixtum.
e Potestatem. id est iurisdictionem.
f Conferat. & transtulit: vt j. de offi. p. r. fec. p. r. l. j.
g Decretis. dando denotiuam sententiam: vt C. e. l. fi.
h Interlocutio est. quæ tamen interlocutio nõ est generalis, nisi hoc expresse dicatur: vt C. cod. l. iij. quæ est contra. ADDITIO. Pro solut. huius contra. distigat secundum Bartolum hic. Aut principis interlocutio est redacta in corpore iuris, aut non. primo casu obseruatur pro lege generali: vt in contrario. secundo casu, non: vt plene nota per Cy. in l. lege. C. eo.
i Edicto. apposito, ac edictali lege: vt C. eo. l. iij.
k Personales. quæ iuris corpore non clauduntur. alias semper est generalis: vt C. de not. co. faci. l. j. in fine.
l Indulgit. vt priuilegium.
m Irrogauit. non merenti tantum.
n Subuenit. vt quia peperit pœnam merenti.
o Non egreditur. imò videtur personam egredi: vt infra quod quisque iuris. l. j. §. si quis. quæ est contra. sed dic. ibi ad postulationem datum fuit rescriptum: hic non. Item contra. C. de fruct. & lit. ex. l. fina. vbi priuilegium vni datum de minoribus expensis, etiam aduersario prodest. sed dic. ibi speciale propter æqualitatem iudiciorum seruandam: vt arg. C. de postul. l. prouidendum. vel dic. in vtroq; contrario non egredi personam, scilicet prorsus extraneã: aduersario tamẽ eius prodest. vel hoc locum habet quando ad nullius lesionem cõceditur. & ex quo datur materia tractandi de rescriptis, dic breuiter, si legi dei vel euangeliorum contradicant, non valent: vt argumen. infra de arbit. l. nam & magistratus. distinguere tamen potest lex humana legem Dei, quæ est, vt in ore duorum vel triũ stet omne verbum. nam distinguitur testamentũ ab aliis: vt C. fideicommissi. l. finali. circa finem. Si autem est contra ius humanum, siue contra ius naturale, siue gentium, non valet: vt si petam quod res alterius mihi detur. nam dominia sunt de iure gentium, vt supra de iust. & iur. l. ex hoc. & tunc non valet, cum sint immutabilia talia iura: vt in sti. de iure naturali, gentium & ciuili. §. pe. fallit in casibus: vt C. de vendi. rer. fil. cum priua. com. l. j. libro decimo. & Cod. de quadri. p. r. script. l. fi. & fallit ratione delictorum: vt per totum titulum de bon. dam. item ratione publicæ utilitatis: vt infra de reli. & sumpt. fu. l. si quis sepulchrum. §. non tamen. si autem in ea lædatur quod est de iure ciuili, vt in actionibus quæ sunt à iure ciuili: vt supra de orig. iur. l. ij. §. omnium. si quidem vt prorsus tollatur, non valet sed vt differatur, valet: vt C. de preci. imper. offe. l. quotiens. si autem per mendacium, valet: sed secundum veritatem datus iudex debet procedere: vt C. si contra ius vel utilitatem public. l. p. r. scriptione. quidam tamen dicunt, vt Pla. quod etiam tunc cum effectu valet, si modicam læsionem contineat. si autem est contra publicam utilitatem: valet tunc demum si secunda iusio intercedat: vt in authenticiis. de man. princip. §. deinde competens. collatio. tertia. & in authenticiis, vt nulli iud. §. & hoc verò iubemus. colla. nona.
p In rebus. Pone exemplũ in leg. Fal. noua. quæ est contra legem duodecim tabul. inducã: vt instit. de lege Fal. in principio. Item pone exemplum infra de vulg. sub. l. ex facto. circa principium. ibi, etenim iniquum &c. Vel pone exemplum ff. Vetus.

† Prudens. Traiani cõsiliũ in priuilegiis concedendis refert Alex. ab Alex. li. 6. Gen. de. ca. 23.
 † An cõquãlo nõ ueres cõstituta legif que mutat de. Pla. dia. lo. 4. de leg. & in lib. ciuili, siue de re. gno. Ar. ff. li. 2. Polit. ca. 6. & 5. Et hic. c. 10.

imperio^a eius lata est, populus ei^b & in eum^c omne suum imperium^d & potestatem^e conferat. ^f Quodcunque igitur imperator per epistulam & subscriptionem statuit, vel cognoscens decreuit, ^g vel de plano interlocutus est, ^h vel edictoⁱ præcepit, legem esse constat. Hæc sunt, quas vulgo constitutiones appellamus. Planè ex his quædam sunt ^b personales, ^k nec ad exemplum trahuntur. Nam quæ princeps^t alicui ob merita indulgit, ^l vel si quam pœnam irrogauit, ^m vel si cui sine exemplo subuenit: ⁿ personam non egreditur.^o

II. VLP IANVS libro quarto Fideicommissorum.

IN rebus P nouis t̄ constitutendis euidens esse utilitas debet, vt recedatur ab eo iure quod diu æquum visum est.

III. IAVOLENVS libro decimo tertio Epistularum.

In rebus P nouis t̄ constitutendis euidens esse utilitas debet, vt recedatur ab eo iure quod diu æquum visum est.

A in dilatoria exceptione: vt C. de preci. imper. offe. l. ij. & C. noua. vec. l. non solent.

g Beneficium. Vt si concessit domum, adiacentia concessisse videatur: argumen. infra de penu. leg. l. iij. §. fina. & lege sequent. vel melius pone exemplum: concessum est Ponticis vt filij matres sequantur, largè interpretaris vt etiam filij legitimi sequantur: vt infra ad muni. l. j. & facit infra de vulg. sub. l. ex facto. & Cod. quæ res pign. ob. poss. l. fina. & C. de bo. va. l. si quando. libro decimo. & vt plene videas, dic quòd in contractibus plenè interpretamur: vt C. vt ac. ab hered. & contra hered. l. j. & C. quæ res pign. ob. poss. l. fina. in vltimis voluntatibus plenius: vt infra de fun. instru. l. quæ situm. §. idem respond. & de tri. vino & oleo leg. l. penult. in rescriptis plenissime: vt hic, & in auth. de nup. §. si verò solum vsum fructũ. coll. quarta. & infra de iure iunitatis. l. iij. sed videtur quòd strictè: vt C. de inoffi. testa. l. si quando. sed ibi in litera ratio redditur. Item opponitur eodem modo infra ne quid in loco publico. l. ij. §. meritò. Respon. ibi non dicit quòd strictè interpretetur: sed quòd imperator sine iniuria cuiusquã

Beneficium Imperatoris, quòd à diuina scilicet eius indulgentia proficiscitur, quàm plenissimè interpretari^r debemus.

III. MODESTINVS libro secundo Exculationum.

A iuris iure perai diatãgas isõu potepai tãp pãd autãp eisip. [id est, Constitutiones tempore posteriores, potiores sunt his quæ ipsas præcesserunt.]

DE STATV HOMINVM. TITVLVS V.

I. GAIVS libro primo Institutionum.



Mne ius quo utimur: vel ad personas pertinet, ^s vel ad res, vel ad actiones.

II. HERMOGENIANVS libro primo iuris Epitomarum.

Cum igitur hominũ causa omne ius cõstitutum sit, ^t primò de personarum statu, ^u ac post de ceteris, ordinè

concedere debet. ^r Interpretari. legem communem tamen præualere oportet: Communis vt in authent. de non alie. §. quia verò verum simile, versic. oportet enim. colla. secundo. nisi dixerit, non obstante tali lege. valet priuata. & facit ad hanc legem infra de re iudicata. l. quidam conuolebant. in fine. & C. de nuptiis. l. si furiosi. & infra de reg. iuris. l. in testamentis. & infra de offi. p. r. fec. l. j. §. cum initio. versic. cum vrhem. & infra de verb. sign. l. verbis legis. Argumen. contra infra de offic. p. r. l. fa. pe. Accur. ADDITIO. Dic quòd hic loquitur in beneficio: ibi in rescripto. Bal.

DE STATV HOMINVM.

Tractaturus de iure prout aptatur variis negotiis, præmittit Iustinianus per compilatores suos in v̄s tripartitam diuisionem, singulas eius partes prosequens.



Mne. Pertinet. Hoc videtur esse falsum: quia quædam iura videtur esse data ad dilationem dandam: quæ dã ad causarum definitionem: quædam ad bonorum possessionem petendam. Sed respõdeo, omnia contineri rei appellatione. immò etiam actiones continentur: quare satis esset si dixisset ad personas, vel ad res. sed hoc dixit, vt plenius quod intendebat exprimeret. pertinet ergo ad personas, scilicet qualiter personæ, id est serui adquirentur, & alienentur, & amittantur, & conseruentur: & de conditionibus earum & ad res qualiter adquirentur, confueantur, amittantur, alienentur, & ad actiones pertinet qualiter nobis competant, & qualiter eas proponere debeamus.

Cum igitur. ^v C. A. s. Intendit iuricon. demonstrare ordinem quo sit processurus. nam primo dicitur est de personis qualiter circa statum obligentur & liberentur. Secundo, de rerum diuisione. postea actiones ostendet quæ & quales sunt, & qualiter in iudicio proponuntur. Quarto, quomodo seruitutes vindicantur. Viuiantus.

^t Constitutum sit. vt j. de vsu. l. in pecudum. §. j. sed contra f. l. proxi. sed^a dic quo ad utilitatem, est verum quod dicitur hic: ^a ista solut. ^b sequitur ^c Bar. hic. sed quo ad tractatum, superior lex locum habet. ^v Statu. primo de personis qualiter obligentur in statu, & liberentur: & postea rerũ diuisionem ponit: de actionibus quoq; ^c iij habemus: ^b annectit Hermo. in li. suo, quem non habemus, sed leges eius habemus:

habemus ostendendo quæ & quales sunt, & qualiter in iudicio proponuntur: & quid in eis veniat.

a Perpetui. id est generalis edicti. nam prætor secundum ordinem sua edicta proponebat. & de his forte sic, & nos prout res patitur: quia quandoque res non patitur quin quædam extranea interferamus.

b *S*emma. id est breuis. vel summa, id est prima: quia alia sequuntur in tutelis sequentibus. vel dic summa. i. digna. est enim digna in duobus. l. in ordine, & quia vnum habet membrum à iure naturali, aliud à iure gentium. & quod dicit, omnes homines, resoluere in singulare. i. omnis homo: vt j. de condit. & de l. falsa. §. si quis ita. vt non obstat oppositio quæ fit duobus demonstratis. s. libero & seruo. aut enim sunt liberi, aut serui: & neutrum est verum. sed quid de statuliberis? Respon. serui sunt: vt j. de statulib. l. statuliberi à cæteris. & l. statuliberorum. quod dicit vt ibi. Sed quid de adscriptitiis? Respon. liberi sunt Co. de epif. & cle. l. iubemus. & authen. adscriptitios. & Cod. de agri. & cen. l. cum scimus. in fin. lib. xj. nec ob. C. de agr. & cens. l. ne diutius. quia verum est quod non differunt à seruis in eo quod possunt vendi vt serui. cum gleba tamen: vt C. de agri. & cens. l. quemadmodum vel melius quo ad dominos serui sunt: quo ad extraneos liberi: vnde dominum in ius vocare non possunt, & à dominis vindicantur. sunt ergo dominorum: vt j. de auro & argen. lega. l. Quintus. §. argento. & Cod. de agri. & cen. l. quemadmodum. & Co. in qui. cau. col. & cen. l. ij. li. xj.

c Libertas. Definitur hic libertas: secundum ius quo est inuenta, id est secundum ius naturale, secundum Ir. vnde etiam libertas serui definitur. seruus enim potest facere quod vult, inspecto iure naturali, nisi vi. i. de facto aut iure quolibet prohibeatur. Alij dicunt addendum esse quod est Institui. de iure perso. ibi, ex quo liberi &c. & secundum hoc definitur libertas liberorum, non libertas seruorum. Tu dic quod libertas est facultas, id est possibilis à iure naturali, quod potest facere quidquid vult, nisi vi. i. iuregen. (quod propter necessitates hominum est inductum: vt Insti. de iure na. §. ius autem gentium) vel iure. s. ciuili prohibeatur: ac si diceret, quilibet liber est, nisi sit seruus iuregentium, vel ciuili: vt quia patitur vendi se ad pretium participandum: vt j. eod. l. proxima.

d Iuregentium, id est à iuregentium inducta: vt s. de insti. & iur. l. manumissiones.

e Subiicitur, quandoque etiam est seruus sine domino, vt hereditarius: vt j. de re. diui. l. j. §. i. Item habitus pro derelicto: vt j. pro derelic. l. fi. & j. de stip. ser. l. quod seruus. Item alius casus: vt j. de lib. cau. l. si vsum fructum. Accursius.

f Seruare. sed tabellio dicitur seruus publicus, à seruiendo: vt j. de adop. l. non enim aliter. tabellio enim seruus esse non potest C. de tabel. l. generali. lib. x. Accursius.

edicti perpetui a secuti, & his proximis atque coniunctos applicantes titulos, vt res patitur, dicemus.

Primo ponitur diuisio personarum. Secundo, definitio libertatis. Tertio, definitio seruitutis. Quarto ponitur etymologia huius vocabuli. secunda ibi, libertas. tertia ibi, seruitus. quarta ibi, serui. vbi etymologia ponitur: & durat vsque ad finem legis. Bartolus.

III. GAIVS libro primo Institutionum.

Semma itaque de iure personarum diuisio hæc est, quod omnes homines aut liberi sunt, aut serui.

IIII. FLORENTINVS libro nono Institutionum.

Libertas est naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi quid vi aut iure prohibetur. Seruitus est constitutio iurifigentium, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur. Serui ex eo appellati sunt, quod Imperatores captiuos vendere, ac per hoc seruare, nec occidere solent. Mancipia verò dicta sunt, quod ab hostibus manu capiuntur.

Diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur alia diuisio personarum. In secunda dicitur qualiter fiant serui. In tertia ponitur qui sunt ingenui. In quarta ponitur qui sunt libertini. secunda ibi, serui autem. tertia ibi, ingenui. quarta ibi, libertini. In summa hoc dicit: Seruorum vna est conditio: liberorum procreatio duplex. hoc primo. Serui sunt dupliciter: aut de iure gentium, aut de iure ciuili, hoc secundo. & sine mater sit libera tempore conceptionis, sine tempore partus sine medio tempore inter conceptionem & partum: partus est liber. Bartolus.

